ligit preferit eum alijs eligendo. Sicut anteq̄ dilectio de qua hic loquit̄ p̄tinet ad eternam dei p̄destinationē: ita ē odium de quo hic loquit̄ p̄tinet ad reprobationē qua deus reprobat pctōres. Nec est dicēdū q̄ ista reprobatio sit tēporalis. q̄ nihil tēporale est in volūtate diuina: s̄ est ab eterno. q̄ quidē q̄tū ad aliqd̄ cōuenit cū dilectio ne vel p̄destinationē. q̄tū autē ad aliqd̄ differt. Cōuenit q̄ dem q̄tū ad hoc q̄ sic p̄destinatio est p̄paratio glorie ita reprobatio est p̄paratio pene. Esa. 3. Preparata ē ab heri thophet a rege p̄parata. Differt autē quātū ad hoc q̄ p̄destinatio ip̄ortat p̄parationē meritorum q̄bus puenit ad gloriā. sed reprobatio ip̄ortat p̄parationē peccatorum q̄bus puenit ad penam. Et ideo p̄scientia meritorū non p̄t esse aliqua ratio p̄destinationis. q̄ merita p̄scita cadunt sub p̄destinatione. sed p̄scitētia peccatorū p̄t esse aliqua ratio reprobationis ex parte pene q̄ p̄paratur reprobatis inquātū. s̄. deus p̄ponit se puniturum malos p̄pter pctā que a seipsis habent nō a deo. Justos autē p̄ponit se premiaturū p̄pter merita que a seipsis nō habēt. Osee. 13. Perditio tua israel. tantum ex me auxiliū tuum.

Lectio. III.

**Q**uid ergo dicemus. Nunquid iniquitas apud deum? Absit. Moyfi enī dicit. Miserebor cui misertus suz et misericordiaz p̄stabo cui miserebor.

Igit̄ nō volentis neq̄ currētis: sed misertus est dei. Dicit enim scriptura p̄baraoni: Quia in hoc ipsum excitauit te vt ostendam in te virtutem meam. et vt annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur. et quem vult indurat.

Postq̄ p̄misit apl̄is q̄ fm̄ dei electionem vnus alteri p̄feri nō ex operibus: sed ex gr̄a vocantis: hic ingrit de iustitia huius electōis. Et p̄mo p̄ponit dubitationē. sc̄do soluit. ibi. (Absit. Moyfi rē) Tertio obicit r̄tra solonē. ibi. (Dicis itaq̄ mihi qd̄ ad hoc rē.) Dicit ergo p̄mo. Dicitur est q̄ deus sine merito p̄cedere vnū eligit et alterū reprobat. Quid ergo dicemus? Nunquid per hoc p̄bari p̄t q̄ sit iniquitas apud deū. videt̄ q̄ sic. Pertinet enī ad iustitiā in distributionib⁹ vt equalr̄ equalibus distribuat̄. hoies autē remota differētia meritorū sunt eq̄les. Si ergo absq̄ cōsideratiōe meritorū deus iequalr̄ distribuit vnū eligens et alium reprobās. videt̄ q̄ sit in eo iniquitas qd̄ est r̄tra illud qd̄ dicit̄ Dentro. 32. Deus fidelis et absq̄ vlla iniquitate. ps. Justus es dñe et rectū iudiciū tuū. Est autē sciendū q̄ origenes hanc obiectionē soluere volens incidit in errorem. Ponit enī in suo piarchon deus ab initio solū creaturas sp̄iales fecisse. et oēs equales ne ex eorum inēqualitate posset fm̄ rōnē p̄dictam iniquitas deo ascribi. s̄ postea creaturarū diuersitas subsequita est ex diuersitate meritorū. Nā illaz creaturaz sp̄ialius q̄dam per amores cōuerse sunt ad deū plus vel minus. et sc̄d̄ hoc distincti sunt ordines angeloz. q̄daz vero auerse sunt a deo plus vel minus. et fm̄ hoc alligate sunt corporibus vel nobilib⁹ vel ignobilibus. quedā quidē celestibus corporibus. q̄dam autē corporib⁹ demonū. q̄dam autē corporibus hominum. et fm̄ hoc ratio cōdēdi et distincti creaturas corporeas est pct̄i sp̄ialis creature qd̄ est cōtra id qd̄ gen. p̄ dicit̄. Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona. per qd̄ dat̄ intelligi q̄ causa p̄dūcēdi creaturas corporeas est bonitas. vt dicit̄ Augu. ii. de ciuitate dei. Et ideo hac opinione reiecta. vidēdum ē q̄

liter apostolus dubitationē soluat cum dicit̄ (Absit Moyfi enim dicit̄ rē.) Et circa hoc duo facit. p̄mo soluit obiectionem p̄dictaz q̄tū ad dilectionē sanctorum. sc̄do q̄tū ad odium seu reprobationē maloz. ibi. (Dicit. n. scriptura rē.) Circa p̄mū duo facit. p̄mo proponit auctoritatē scripture. ex qua p̄cedit solutio. sc̄do ex ea cōclusionē inducit. ibi. (Igit̄ nō volētis rē.) Inducit autē auctoritatē que habet Exo. 33. Ubi dixit dñs moyfi fm̄ lram̄ nostram. Miserebor cui voluero et clemens ero in quē mihi placuero. sed apl̄is inducit eam: fm̄ lram̄. lxx. dicens. Moyfi enī dixit dñs. Miserebor cui misereor et misericordiaz p̄stabo cui miserebor. vbi fm̄ superficiem littere oia bona nostra dei misericordie ascribunt̄ fm̄ illud Esa. 63. Miserationū dñi recordabor: laudē dñi sup̄ oibus que reddidit nobis. Et Ter. 3. Misericordie domini q̄ nō sumus cōsumpti. multe enī sunt miserationes eius. Exponit autē hec auctoritas in glo. dupl̄. et fm̄ hoc ex auctoritate hac dupliciter soluitur questio et obiectio Vno modo sic. Miserebor cui misereor id est illi qui est dignus misericordia. et ad maiore expressionē iterat dicens. Misericordiā p̄stabo cui misereor. id est cui dignū iudico misereri. sicut et in. ps. dicit̄. Misertus est domin⁹ timentibus se. Et fm̄ hoc licet misericorditer sua impendat tamen ab iniustitia excusat. q̄ dat quibus dandum est et q̄ non dat cui dandum nō est fm̄ rectitudinem sui iudici. Sed misereri cui dignum est p̄t intelligi dupliciter. Vno modo vt intelligat̄ aliquis dignus misericordia. p̄pter opera p̄existētia in hac vita licet non in alia vt posuit origenes qd̄ p̄tinet ad heresim pelagianoz qui posuerunt gratiaz dei hominibus fm̄ merita dari. S̄ stare nō potest q̄ sicut supra dictū est ipsa ē bona merita sunt homini a deo et sunt p̄destinationis effectus. Alio modo p̄t intelligi vt aliquis dicat̄ dignus misericordia. non p̄pter aliqua merita p̄cedētia gratiam: s̄ p̄pter merita subsequētia. puta vt dicamus q̄ deus dat alicui gratiam et p̄posuit eam ab eterno illi se daturum quē p̄scituit ea bene fore vsurum. Et fm̄ hoc intelligit glo. q̄ miseret̄ cui miserēdus ē. Unde dicit. Miserebor cui miserus ero id est illi miserebor vocando: et gratiā apponēdo cui p̄scit̄ ero q̄ misericordiā daturus essem sciēs illū conuertēdum et apud me p̄mansurū. Sed videt̄ q̄ nec hoc cōueniēter dici possit. Manifestum est enī q̄ nihil potest poni vt ratio p̄destinationis qd̄ ē p̄destinationis effectus etiam si accipiat̄ pro vt ē in dei p̄scitētia. q̄ rō p̄destinationis p̄intelligitur p̄destinationi. effectus autem in ipsa includit̄. Manifestum est autē q̄ omne dei beneficiū qd̄ homini cōfert ad salutē ē diuine p̄destinationis effectus. diuinū autē b̄ficiū non solū extēdit se ad infusionē gr̄e qua homo iustificat̄: s̄ etiam ad gr̄e vsum sicut etiam in rebus naturalibus non solū causat ipsas formas in rebus: s̄ etiaz ipsos motus et opationes formarum eo q̄ deus ē principium ois motus cuius opatione cessante a mouendo ex formis nullus motus vel opatio sequit̄. Sicut autē se h̄z habitus gr̄e vel virtutis in aīa ad vsū ipsius: sic se h̄z forma naturalis ad suā operationē. Et ideo dicitur Esa. 26. Oia opera nostra operatus es in nobis dñe. p̄bat autē hoc speciali ratione aristotiles de operibus voluntatis humane. Lum enim homo heat potentia ad opposita. puta ad sedēdum vel nō sedēdum oportet q̄ reducat̄ in actū p̄ aliqd̄ aliud. Reducit̄ autē in actū alterius hoz per consiliū ex quo vnū oppositorū p̄ligit alteri. S̄ cū itez hō h̄z potētia cōsiliandi vel nō cōsiliandi oportebit eē aliqd̄ p̄ qd̄ reducat̄ in actū cōsiliū Et cum in hoc nō sit p̄cedere in infinitū: oportet esse aliqd̄ principium extrinsecū superius homine qd̄ ipm̄ moueat

## Ad romanos

ad consiliandum. et hoc non est aliud quam deus. Sic igitur ipse usus gratie est a deo nec propter hoc superfluit habitus gratie sicut nec superfluit forme naturales quibus deus in omnibus operibus quod sic dicitur Sapientia 8. Ipse disponit omnia suaviter. quod scilicet pro suas formas omnia inclinant quasi sponte in id ad quod ordinantur a deo. Sic igitur non potest esse quod merita consequentia gratiam sint ratio miserandi aut predestinandi. sed sola dei voluntas secundum quam misericorditer aliquos liberat. Manifestus est enim quod iustitia distributiva locum habet in his quod dantur ex debito. puta si aliqui meruerunt mercedem vel plus laborantibus maior merces donec. non autem habet locum in his quod sponte et misericorditer aliquis dat. puta si aliquis duos pauperes in via inueniens et det uni quod potest vel disponit in elemosinam dare. non est iniquus sed misericors. Similiter si aliquis duobus eque ipsum offendentibus uni dimittat offensam et non alteri: est misericors uni et iustus ad alterum: neutri vero iniquus. Cum enim omnes homines propter peccatum primi parentis damnationi nascantur obnoxii: quos deus pro suam gratiam liberat. sola misericordia liberat: et sic quibusdam est misericors quos liberat. quibusdam autem iustus quos non liberat. neutris autem iniquus. Et ideo apostolus quoniam non soluit per auctoritatem que omnia diuine misericordie ascribit. Sciendum est tamen quod dei misericordia secundum tria attenditur. primo quod est secundum predestinationem qua ab eterno preposuit aliquos liberare. secundum. Misericordia eius ab eterno et in eternum. Secundo secundum vocationem et iustificationem quibus homines saluat ex tempore. Tertio. Secundum suam misericordiam saluos nos fecit. Tertio magnificando per gloriam quam liberat ab omni miseria. secundum. Qui coronat te in misericordia et miserationibus. Et ideo miserebor. scilicet vocando et iustificando cui misereor predestinatio et misericordiam prestabo: finaliter glorificando eum cui misereor vocatio et iustificatio. Et hic sensus magis concordat cum nostra littera que dicit Misereor cui volueris: et clemens ero cui mihi placet. Ubi manifeste non meritis sed soli diuine voluntati ascribitur diuina misericordia.

Deinde cum dicitur. (Igitur non volentis etc.) Concludit propositum ex premissa auctoritate. Et potest hec conclusio multiplex intelligi. Uno modo sic. Igitur ipsa salus hominis non est volentis neque currentis: id est non debet alicui per aliquam eius voluntatem vel exteriori operationem: quod dicitur cursus secundum illud. i. corin. 9. Sic currite ut comprehendatis. Sed est misericordis dei. scilicet procedit ex sola dei misericordia. ut maxime sequitur ex auctoritate ad ducta. Deuter. 9. Ne dicas in corde tuo. propter iustitiam meam introduxit me dominus ut terram hanc possiderem. Potest autem et aliter intelligi ut sit sensus. Omnia procedunt ex dei misericordia. Igitur non est volentis. scilicet velle neque currentis. scilicet currere: sed vtriusque est misericordis dei. secundum illud. i. corin. 15. Non autem ego: sed gratia dei mecum. Et Io. 15. Sine me nihil potestis facere. Sed si hoc solum in hoc verbo intellexerit apostolus: cum est gratia sine libero arbitrio hominis non velit neque currat. potuisset econuerso dicere. non est misericordis dei sed volentis et currentis: quod aures pie non ferunt. Unde plures aliquid est ex his verbis intelligendum. ut scilicet principalitas gratie dei attribuat. Semper enim actio magis attribuitur principali agenti quam secundo dario. puta si dicamus quod securis non facit arcem sed artifex per securim. voluntas autem hominis mouet a deo ad bonum. Unde supra. 8. dictum est. Qui spiritu dei agunt hi sunt filii dei. Et ideo operatio interior non est homini principaliter sed deo attribuenda. Phil. 2. Deus est qui operatur in vobis velle et perficere per bona voluntate. Sed si non est volentis velle neque currentis currere: sed dei mouentis ad homines. videtur quod homo non sit dominus sui actus quod pertinet ad libertatem arbitrii. Et ideo dicendum est quod deus omnia mouet sed diuersimode in quantum. scilicet vni quodque mouet ab eo secundum modum nature sue. Et sic homo mouet a deo ad volendum et currendum per modum libere voluntatis. Sic ergo

velle et currere est hominis ut libere. non autem est hominis ut principaliter mouentis: sed dei.

Deinde cum dicitur. (Dicit enim scriptura etc.) Soluit questionem premissam quantum ad reprobationem malorum. Et primo inducit auctoritatem. secundo infert conclusionem. ibi. (Ergo cui vult miseretur etc.) Dicit ergo. Ita ostensum est quod non est iniquitas apud deum quantum ad hoc quod ab eterno reprobat malos. Dicit enim scriptura ex ore dei. Exo. 9. Quia in hoc ipsum excitavi te vel seruavi te secundum aliam litteram. ut ostendam in te virtutem meam ut annuncietur nomen meum in vniuersa terra. Nostra autem littera sic habet. Et idcirco posui te ut ostendam in te fortitudinem meam ut enarret nomen meum in omni terra. Ubi primo considerandum est quid deus circa reprobos faciat. quod ostendit dicens. In hoc ipsum seruavi te id est dignus eras mori propter mala que feceras. supra primo. Qui talia agunt digni sunt morte. Sed tamen non statim tibi mortem induxi. sed seruavi te in vita eo fine quo sequitur. ut scilicet ostendat etc. Et in hoc est sensus potest legi quod dicitur. Excitavi te: id est cum apud me pro tuis meritis mortuus esses concessi tibi vitam quasi te excitare. In quo apparet quod deus iniquitatem reprobis non facit cum ipsi ex suis meritis essent digni statim consumi. sed hoc ipsum quod eos seruat in vita procedit ex nimia sua bonitate. Iere. 10. Corripe me domine: veritatem enim in iudicio. et non in furore tuo. ne forte ad nihilum redigas me. Alio modo potest intelligi. excitavi te in peccatum ut deterior fias. Quod quidem non est intelligendum hoc modo quod deus in homine causet malitiam. sed est intelligendum permissiue. quod scilicet ex iusto suo iudicio permittit aliquos ruere in peccatum propter preces iniquitates. sicut supra primo dictum est. Tradidit eos deus in reprobum sensum. Sed aliquid amplius videtur mihi in hoc esse intelligendum. quia videlicet instinctu quodam interiori mouentur homines a deo ad bonum et ad malum. Unde Augustinus dicit in libro de gratia et libero arbitrio quod deus operatur in cordibus hominum ad inclinandas eorum voluntates quocumque voluerit. siue ad bona per suam misericordiam: siue ad mala per meritis eorum. Unde et deus dicitur sepius suscitare aliquos ad bonum secundum illud dicitur. 13. Suscitauit deus spiritum pueri iunioris. Dicitur et suscitare aliquos ad malum faciendum. secundum illud Esa. 13. Suscitabo medos qui sagittam paruulos iterficiant. aliter tamen ad bona. aliter ad mala. Nam ad bona inclinatur hominum voluntates directe et per se: tanquam actor bonorum. ad malum autem dicitur inclinare vel suscitare homines occasionaliter. in quantum scilicet deus homini aliquid proponit vel interius vel exterius. quod quantum est de se est inductiuum ad bonum: sed homo propter suam malitiam peruerse vertit ad malum. supra secundo. Ignoras quoniam benignitas dei ad penitentiam te adducit. secundum autem duritiam tuam et cor impenitens thesaurizas tibi iram in die ire. Et Job. 24. Dedit ei deus locum penitentiae et ille abutitur eo in superbia. Et similiter deus quantum est de se interius instigat hominem ad bonum. puta regem ad defendendum iura regni sui vel ad puniendum rebelles. Sed hoc instinctu bono. malus homo abutitur secundum malitiam cordis sui. Et hoc patet. Esa. 10. Ubi dicitur de assur. Ad gentem fallacem mittam eum contra populum furore mei madabo illi ut auferat spolia etc. Et post. Ipse autem non sic arbitrabitur: et cor eius non ita estimabit. sed ad conterendum erit cor eius. Et hoc modo circa pharaonem accidit qui eum a deo excitaretur ad regni sui tutelam abusus est hac excitatione in crudelitatem. Et ideo oportet considerare quo fine deus ista partem faciat et partem permittat. Est enim considerandum quod deus operatur in creaturis ad suam manifestationem secundum illud supra primo. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Unde et hoc excitatio in hoc ipsum ordinatur et quantum ad partes ut ostendat in te virtutem meam. Exo. 14. Uiderunt

filij israel manū magnā quā exercuerat dñs cōtra egyptios. Et q̄tū ad absentes vt annunciet nomen meum in vniuersa terra. ps. Annūciate iter gētes gloriā eius. Sic igitur p̄ q̄ quātum ad hoc nō est iniquitas apud deū quia vti creatura sua s̄m eius merita ad gloriā suā. Et in h̄ eodem sensu potest exponi si dicatur. Posui te id est ordinavi malitiam tuam ad gloriā meam. deus enī malitiam ordinat sed nō causat.

¶ Deinde cū dicit. (Ergo cui vult miserē rē.) Infert cōclusionē quādam ex vtraq; auctoritate supra iuducta. Nā ex eo q̄ dictū est miserebor cui misereor: cōcludit. Ergo cui vult miserē. ps. Misertus est dñs timētib; se. Ex eo vero q̄ dictū ē. In hoc ip̄m excitauit te: cōcludit. Et quē vult idurat. Esa. 63. Indurasti cor nostrū ne timeremus te. Ecc. 33. Ex ipsis benedixit et exaltauit. et ex ipsis maledixit et humiliavit. Et q̄dem q̄ dicit de dei mīa dubitationē nō h̄z: suppositis h̄s q̄ p̄missa sunt. ¶ S̄z circa indurationē videt esse duplex dubitatio. Primo q̄dem q̄ duritia cordis ad culpā p̄tinere videtur. s̄m illud. Ecc. 3. Cor durū male habebit in nouissimo. Si ergo deus idurat. sequit q̄ sit actor culpe. Lōtra q̄ dicit. Ia. p̄. De; intentator maloz est. ¶ Ad q̄d dōm q̄ de; nō dicit indurare aliquos directe quasi in eis causet malitiā. sed indirecte. inquātū. s̄. ex h̄s q̄ facit in hoīe intus vel extra hō sumit occasionē peccati. et hoc ipse de; p̄mittit. Unde nō dicit idurare q̄si imittēdo malitiā s̄z nō apponēdo gr̄as. ¶ 2<sup>a</sup> dubitatio est q̄ ipsa obduratio nō videt diuine voluntati posse ascribi cū scriptū sit. p̄. Thef. 4. Nec evolūt eas dei sanctificatione vestra. Et p̄. thi. z. Qui vult oēs homines saluos fieri. ¶ Ad q̄d dōz est: q̄ tā mīa q̄ iustitia dispositionem voluntatis important. Vñ sicut miseratio attribuit diuine voluntati: ita et id q̄ est iustitie. Sic ergo intelligendū est cui vult miseretur. s̄. per suam misericordiam et quē vult idurat per suā iustitiā. q̄ illi quos idurat hoc merentur vt indurent ab ip̄o. vt supra p̄mo capitulo dictum est.

Lectio. III.

**D**icis itaq; mihi. Quid adhuc queritur. Voluntati enim eius quis resistit? O homo tu quis es: qui respondes deo? Nūquid dicit figmentū ei q̄ se finxit qd me fecisti sic? An nō habet potestatem figulus lutū ex eadem massa facere aliud q̄dem vas in honorez. aliud vero ī cōrumeliā. Q̄ si deus volens ostendere iram et noraz facere potentiam suam: sustinuit in multa patientia vasa ire apra in interitum vt ostenderet diuitias glorie sue in vasa misericordie que preparauit in gloriā.

¶ Posita solutione premissae questionis. Dic apostolus cōtra ip̄am solutionē obicit et precipue contra vltimā conclusionem qua dictum est. Cuius vult miserē: et quem vult idurat. p̄mo ergo ponit obiectionem. sc̄do solutionem. ibi. (O homo tu quis es rē.) Dicit ergo p̄mo. Dictū est q̄ deus cuius vult miserē et quē vult idurat. (Dicis itaq; mihi.) Quid adhuc querit id est quid oz vltius querere de causa bonoz et maloz que hic agunt. cur oīa voluntati diuine attribuant que est causa sufficiēs. eo q̄ nullus potest ei resistere. Unde sequit. Voluntati eius quis resistet? Ecc. p̄. Proposui in animo meo querere et inuestigare sapiēter de oībus que fiunt sub sole. Vel aliter. Quid adhuc querit. id est cōqueritur deus de hoīb; quādo peccāt. sic. Esa. p̄. S̄tilios enutriui et exaltaui rē. Jo

aut videtur iustā querimoniā nō habere q̄ ex voluntate ei totū p̄cedit. cui nullus p̄t resistere. Unde subdit. Voluntati eius quis resistet? Vel aliter. Quid adhuc queritur. s̄. ab homine vt faciat bonum vel malum. Mich. 6. Indicabo tibi o homo quid sit bonum et quid de; requiratur a te rē. Frustra autem requirit ab aliquo qd nō est in eius potestate. Nihil autem in hoīs potestate esse videt. s̄m p̄dicta q̄bus omnia diuine voluntati vident ascribi. cui resisti nō potest. Sequit. Voluntati enim eius quis resistet? Quasi diceret. Nullus. Hester. 13. Nō ē q̄ tue possit resistere voluntati. Et hec videt esse intentio apli.

¶ Deinde cū dicit. (O homo tu quis es rē.) R̄ndet tacite questioni. ¶ Ad cuius responsionis intellectū cōsiderandū est: q̄ circa electionē bonoz et reprobationē malorum duplex questio p̄t moueri. Una quidez in generali quare deus velit quosdam indurare et quosdam misereri. Alia vero in speciali quare velit hui; misereri et hūc vel illuz indurare. Et p̄t q̄dem ratio huius q̄onis assignari. sc̄do autem questionis nō p̄t assignari ratio nisi simplex dei voluntas. cuius exemplū p̄ in rebus humanis. Si enim aliquis edificare volens haberet multos lapides similes et eāles cōgregatos posset ratio assignari q̄ re quosdam ponat in summo et quosdam in imo ex parte finis. q̄ ad p̄fectionem domus quā facere intendit regit et fundamentū qd habet lapides in imo. et cacumē parietis qd habet lapides in summo. Sed quare ponat hos lapides in summo et hos in imo nō habet aliqua rōnem nisi q̄ artifex voluit. ¶ P̄rio igit apls r̄ndet dubitationi q̄tū ad questionē sc̄dam quare. s̄. huius hominis misereatur et illū induret. 2<sup>a</sup> q̄tū ad questionē p̄mā. q̄re. s̄. quibusdam misereatur et quosdam induret. ibi. (O si volēs deus rē.) ¶ Circa p̄mū tria facit. Primo arguit p̄sumptionē q̄retis. 2<sup>a</sup> iducit auctoritatē que questionē soluit. ibi. (Nūquid dicit figmentū rē.) Tertio exponit auctoritatē. ibi. (An nō habet potestatem rē.) Dicit ergo p̄mo. O homo qui es fragilis et ignorās tu qs es q̄ respondes deo vñ sufficis ad respondendū ei si voluerit tecū iudicio cōtendere. Job. 9. Si voluerit cōtendere iudicio cū illo nō poterit ei respondere vnū pro mille. Et sicut dicitur Job. 39. Qui arguit deū debz ei r̄ndere. In quo datur intelligi q̄ homo nō debet scrutari rōnem diuinorū iudiciorū cū intentione apprehendēdi eo q̄ excedant rōnem humanam. Ecc. 3. Altiora te ne quesieris. Prouer. 25. Per scrutator maiestatis opprimeat a gloria.

¶ Deinde cū dicit. (Nūquid dicit figmentū rē.) Inducit auctoritatē: que habet Esa. 45. Nūquid dicit lutū figulo suo. Quid facis et opus tuum sine manib;. Ubi considerādū est q̄ si aliq; artifex ex materia vili faciat vas pulchrum et nobilibus actib; accommodatū totū ascribit bonitati artificis. puta si ex luto faciat scutellas et r̄ceos ad nobilē mensam decentes. Si vō ex vili materia puta ex luto faciat vas accommodatū vilib; vsibus puta coquinae vel h̄ officijs nō posset vas conqueri si rationē haberet. posset. n. conqueri si ex materia p̄ciosa que placet artificis opationi puta ex auro et lapidibus p̄ciosis faceret vas ad vilia officia deputatū. Diuina autēz natura vilitatem h̄z ex sua materia: q̄ vt dicit gen. 2. Ecce de; hominem de limo terre. s̄z maiorē vilitatez habet ex corruptione p̄ti q̄ p̄ vnū hoīez in hunc mūdū intrauit. Et ideo hō luto merito cōparat. Job. 30. Cōparat; suz luto et assimilatus suz familie et cineri. Unde qcquid boni h̄z homo debz bonitati diuine q̄si peritie figuli ascribere. Esa. 64. Nunc dñe pater es tu: nos vero lutum. et fictor noster tu: et opus manū tuarum oēs nos. Si vero deus hoīem ad meliora p̄moueat sed in sua infirmitate eum dimittens

## Ad romanos

deputat eum ad infimum usum nullam ei facit iniuriam ut possit iuste de deo conqueri.

¶ Deinde cum dicit. (An nō hz potestates rē.) Exponit ap̄lus vba p̄phe. Quasi dicat. Hoc est dictū. Signētum id est vas fictile nō posset dicere fictori qd mē fecisti sic. qz figulus liberā potestātē hz ex materia luti opus face- re qdēq; sibi placuerit. Un̄ dicit. An nō hz potestates. s. liberam figulus luti qui. s. opat̄ in vili materia; ex eadez massa. s. vilis materie facere absq; alicuius iniuria aliud qdē vas in honorē id est in honorabiles vsus. aliud vō in cōtumeliā id est in vsus viliores. z. tbi. z. In magna eniz domo nō soluz sunt vasa aurea z argentea: sed ēt lignea z fictilia. z qdā qdē in honorē. quedā aut̄ in cōtumeliā. Et s̄t̄ deus liberā potestātē hz facere ex eadē corrupta materia humani generis sicut ex quodaz luto nulli faciēdo iniuriā quosdā hoies preparatos in gloriā: quosdam aut̄ in miseria derelictos. Jere. is. Sicut lutū in manu figuli. ita in manu mea vos domus israel.

¶ Deinde cū dicit. (O si volēs deus rē.) Soluit p̄mam qōnē. s. quare deus velit quibusdā misereri z quosdā in miseria derelinquere. siue quosdā eligere z quosdā repro- bare. ¶ Circa qd cōsiderandū est qz finis oīz diuinorū operū est manifestatio diuine bonitatis. puer. iō. Uniuer- sa p̄pter semetipm̄ opatus est dñs. Un̄ supra p̄mo dictū est qz iuisibilia dei p̄ ea q̄ facta sunt itellecta cōspiciunt̄. Tanta est aut̄ diuine bonitatis excellētia qz nō pōt vno mō nec in vna creatura sufficiēter manifestari. Et iō di- uersas creaturas pdidit in qbus diuersimode manifesta- tur: p̄cipue aut̄ in creaturis rōnalibus in qbus ei ius- titia manifestat̄ q̄tū ad illos quos pro corū meritis pu- nit. mīa vero in illis quos ex sua gratia liberat. Et iō vt vtrumq; in hoibus manifestaret̄: quosdā misericorditer liberauit: sed non oēs. p̄mo ergo ponit rationē reprobationis maloz. sc̄do ponit rōnē electionis bonoz. ibi. (Ut ostēderet diuitias rē.) Est aut̄ in vtrīsq; triplex dīa attē- denda. p̄ma gdez s̄m finē. sc̄da s̄m vsum. tertia s̄m diui- num actum. Finis aut̄ reprobationis vel obdurationis maloz est manifestatio diuine iustitie z virtutis. Et q̄tū ad hoc dicit. qz idē est vt si de⁹ volens ostēdere irā suam id est iustitiā vindicatiuā. Non enī dicit̄ ira in deo s̄z af- fectus cōmotionē. sed s̄m effectus vindictē. supra p̄. Re- uelaf̄ ira dei rē. Addit aut̄. Et notā facere potentia suaz. qz deus d̄ malos nō solū vtiē ira id est vindicta puniēdo eos sibi subiectos: sed etiam sua potētia subyciēdo sibi. Phil. 3. Sc̄dm̄ operationē qua pōt ēt sibi subycere iōia. Exo. i4. Uiderunt egyptios mortuos sup̄ litus m̄. vris et manū magnā quā exercuerat dñs d̄ eos. Vnus aut̄ malo- rum ad quē vtiē eis deus est ira id est pena. Et iō vocat eos vasa ire id est iustitie instrumēta. qbus deus vtiē ad ostēdēdā irā id est iustitiā vindicatiuā. Ephe. z. Erant̄ natura filij ire. Actus vero quem deus erga eos exercet nō est qz disponat eos ad malum: qz ipsi de se habent dis- positionem ad malū ex corruptione p̄mi peccati. Un̄ di- cit. Vasa apta in interitū id est in se h̄ntia aptitudinē ad eternā damnationē. Hei. 6. Videns de⁹ qz multa mali- tia hoīum esset in terra. z cūcta cogitatio humani cordis intenta esset ad malū omni tēpore. Doc aut̄ solū de⁹ cir- ca eos agit qz eos pmittit agere que cōcupiscunt. Unde signanter dicit. Sustinuit. Et hoc ei⁹ patientiaz dem̄strat qz nō statim vindictā infert. Unde addit. In multa pa- tientia. Ecc. 5. Altissimus est patiēs redditor.

¶ Deinde ex parte bonoz similiter tria ponit. p̄mo qz dē finē cū dicit. (Ut ostēderet diuitias glie sue.) Finis. n. electionis z miserationis bonoz est vt manifestaret in eis abundantia bonitatis sue reuocādo eos a malo. z ad

iustitiā eos trahendo z finaliter eos pducere in gliaz. Et hoc est qd dicit. Ut ostēderet diuitias glie sue. de qbus di- uitis supra. z. An diuitias bonitatis ei⁹ contēnis: Ephe. z. Deus aut̄ q diues est in mīa. Signanter aut̄ dicit. Ut ostēderet diuitias glie sue. qz ipsa condēnatio z reprobatio maloz que ē s̄m dei iustitiaz manifestat z cōmendat sanctorū gloriā qui ab ipsa tali miseria liberantur. Sc̄do describit vsus eoz cū dicit. In vasa mīe. Notat aut̄ bo- nos vasa mīe: qz vtiē eis deus quasi instris ad suā mīam manifestandā. Ecc. 44. Isti sunt viri misericordie. Ter- tio ponit actū quē circa eos deus exercet. Non enī deus eos solum sustinet q̄si de se aptos existentes ad bonū: s. eos preparat et disponit vocando ad gloriā. Unde di- cit. Que preparauit in gloriā. ps. Preparans montes in v̄tute tua. Est aut̄ constructio defectiua et suspensiuā vs- qz hic. vt sit sensus. Si deus volens hoc facere qbusdam miseret̄ z quosdam indurat quid contra B̄ iuste poterit dici: Quasi dicat. Nihil. Non enī sic quos vult indurat vt eos peccare p̄pellat: sed sustinet eos vt s̄m suam incli- nationem tendant in malum. Lectio. V.



Vos z vocauit non soluz ex iudeis: sed etiaz ex gentibus sicut in osee di- cit. Vocabo nō plebem meā: plebez meā. z non dilectaz. dilectā. z nō mi- sericordiaz cōsecutaz: misericordiā cōsecutaz. Et erit in loco vbi dictū est eis: nō plebs mea vos. ibi vocabuntur filij dei viui. Esaias autē clamat pro israel. Si fuerit numerus filiozuz israel tanquā arena maris reliquie salue fient. Verbus enīz cōsumans z abbreviās in equita- te. quia verbum breuiatum faciet domin⁹ su- per terram. Et sicut p̄dixerat Esaias nisi do- minus sabaoth reliquisset nobis semen. sicut sodoma facti essemus: z sicut gomozra sim- les fuissēmus. Quid ergo dicemus? Oz gētes que non sectabantur iustitiaz apprehenderūt iustitiaz: iustitiaz autē que ex fide est: israel ve- ro sectando legez iustitie in legem iustitie non peruenit. Quare? Quia non ex fide sed quasi ex opibus. Offenderūt enīz in lapidē offensio- nis: sicut scriptuz est. Ecce pono in syon lapi- dem offensionis z petraz scandali: z omnis qz credit in euz non confundetur.

¶ Postq̄ apostolus ostendit qz dei gratia dat̄ hominib⁹ ex vna electiōe p̄ quā hoies ad grām vocant̄. h̄ ostēdit qz p̄dca electio siue vocatio nō solū ptinet ad iudeos vt ipi poterāt gliari: pp̄ B̄ qd d̄r Deu. 4. Dilexit p̄res tuos. Sz ēt ad gētes. z p̄ p̄ponit qd intendit. z. p̄bat p̄positū. ibi. (Sic i osee dicit rē.) Tertio ex dictis isert̄ p̄nē. ibi. (Quid ḡ dicem⁹ rē.) Dicit ḡ p̄. Deū ē qz sc̄tōs p̄parauit in gliaz. qz z vocauit. s. p̄ grāz suā nō solū ex iudeis: s. z et ex gētib⁹ supra z. An iudeoz de⁹ tm̄: Nōne z gētū. Sopho. sc̄do Adorabunt eū viri de loco suo oēs insule gentiū.

¶ Deinde cū dicit. (Sic in osee dicit rē.) Probat p̄positū z p̄ q̄tū ad gentiles. z. q̄tū ad iudeos. ibi. (Esai. autēz cla- mat rē.) ¶ Circa p̄mū ponit duas auctates osee loquen- tis p̄ gentib⁹. quaz p̄ma pmittit eis dona dei. z. ipaz di- uinā filiationez. ibi. (Et erit in loco rē.) Dicit ḡ p̄. Sicut dñs dicit in osee. qz ipse erat qui loquebatur in p̄phetis.

z. re. 23. Spūs dñi locutus ē per me ⁊ sermo ei⁹ p lingua mea. Unde ⁊ ofee prio dñ. Principiū loquēdi dño i ofee. Est at⁹ considerādū q̄ a tribus bonis q̄ in iudeis eminebāt gentiles erāt alieni: quoz primū erat dñus cultus rōne cui⁹ dicebātur ppl̄s dei: q̄si ei seruiētes ⁊ ei⁹ pcepti obediētes. Un̄ in ps dñ. Nos autē ppl̄s eius ⁊ oues pascue eius. S; ab h⁹ ppl̄i societate gentiles erant alieni scdm illd̄ ephe. 2. Alienati a uersatiōe israel ⁊ hospites testamētoz. Sed per xpm facti sunt ppl̄s dei. Tit. 2. Dedit semetipm̄ pro nobis vt emūdaret sibi ppl̄m acceptabilem. Et hoc ē qd̄ dicit. Uocabo nō plebē meam. i. gētilitatem que nō erat plebs mea: plebez meam. i. ad hoc vt sit plebs mea. Scdm̄ est priuilegium diuine dilectionis. Ofee 3. Diligit dñs filios isrl̄ in eo. s. q̄ eis multa beneficia iducētia ad spālē grām prestabat: a qua qdē dilectione gētilēs olim erant exclusi. Ephe. 4. Alienati a ueritate dei pp̄ ignorātiā que ē in illis. Et iō dicit. Et non dilectam meā. s. gētilitātē uocabo dilectam meā. Ephe. 2. Uos q̄ aliqui eratis lōge facti estis ppe in sanguie xpi supra. 5. Cū inimici eēmus recōciliati sum⁹ deo i morte filij ei⁹. Tertiu⁹ ē libertas a pctō originali que iudeis in circūcisione cōferebat. Esa. 14. Miserebit dñs Jacob. S; h⁹ miseratiōis gētilēs nō erant p̄ticipes. Eze. 16. Quā nat⁹ es in die ort⁹ tui nō ē prescius ymbilic⁹ tu⁹. Et isra. Non pepcit sup te oculus me⁹ vt facerē vnū de his miseratus sum tui. S; postea p xpm sunt mīam psecuti. Jō seq̄. Et nō mīaz psecuta mīam psecutam. Tit. 2. Scōz suā mīam saluos nos fecit. Dec at⁹ auctoritas hī ofee. 2. scdm̄. 70. loco cui⁹ isa nra h; Miserebor eius que fuit absq; mīa: ⁊ dicā nō ppl̄o meo: ppl̄s meus es tu.

Deinde cū dicit (Et erit i loco rē.) inducit aliā auctoritatē q̄ hī ofee. i. In qua eis repromittit dignitas filiozū dei de qua iudei glābātur pp̄ id qd̄ dñ. Isa. i. Filios enutriti ⁊ exaltaui. ipi at⁹ spreuerūt me. Et deut. 33. Nōne ipē ē p̄ tu⁹? Gentiles ēt nō solum dicebāt filij qd̄ p̄tinet ad eos qui ex amore deo seruiunt ⁊ spū dei agunt. vt. s. s. dñi est. s; nec ēt digni erāt vt ppl̄i dei dicerent qd̄ p̄tinere poterat ēt ad eos q̄ spū seruitutis acceperant in timore. Unde dicit. Et erit in loco. i. in iudea vbi dñi ē eis. i. gētilib⁹ a iudeis quasi ex persona dei loquētib⁹. Non plebs mea vos: q̄ nō reputabant eos ppl̄m dei ibi. i. ēt apud iudeos credētes uocabūt filij dei. Uel i loco. i. toto mūdo in quo uertentur sicut p̄seliti quos iudei faciebant qui suis locis derelictis in iudeam pgebant. H aut⁹ non ita futur⁹ ēē in his q̄ ad xpm uertēdi erāt ostēditur Sopho. 2. Adorabūt eū viri de loco suo. Unicuiq; q̄ in loco suo hitanti vbi dñi est eis olim ex dīna sn̄ia nō plebs mea vos. ibi uocabūt filij dei per dīnā adoptio nem. Jo. i. Dedit eis p̄tatem filios dei fieri his q̄ credūt in nomine eius.

Deinde cū dicit (Esa. aut̄ clamat rē.) probat ppositū q̄tuz ad iudeos p auctoritatē Esa. Et ponit duas auctoritates: quaz priay p̄tinere ad oēs credentes ex iudeis scda spāliter ad aplos ibi. (Et sic̄ dixit rē) Dicit er; go p̄mo. dñi ē per Ofee p gētilibus Esa. aut̄ clamat. i. apte loquitur p uersione isrl̄. s. Clama ne cesses quasi tuba exalta uocem tuā. In hac at⁹ priā auctate p̄ponit paucitatē uersoz dicens. Si fuerit numer⁹ filiozū isrl̄ q̄si arena maris. i. innumerabiles p̄ multitudie gentiū. Hesi. 22. Multiplicabo semē tuū uelut arenā maris rē. 3. reg. 4. Juda ⁊ israel innumerabiles quasi arena maris. Reliquie salue sient. i. nō oēs nec maior pars. s; alig pauci: que relinquūt ex excidio alioz. Mich. 7. Scūs sum sicut qui colligit in autūno racemos uindemie. In fra. ji. Reliquie scdm̄ electiōem grē salue facte sunt. 2.

ibi. (Uerbus. n. Sumās rē.) Assignat eām salutis. ⁊ primo ponit efficaciam euāgelici uerbi dicēs. (Uerbus enīz sumās ⁊ abbreviās iēgrate) Ubi notat duplex efficacia euāgelici vbi: p̄ma est: q̄ ē sumās. i. perficiens. vt. n. dñ. heb. 7. Nihil ad p̄fctm̄ adduxit lex. Dñs aut̄ dicit Ma. 5. Non ueni soluere legē s; adimplere: tū q̄ figuris legis ueritatem adhibuit. tū q̄ p̄cepta legis moralia debito mō exposuit ⁊ occasiones trāsgrediendi abstulit: ⁊ ēt eis cōsilia p̄fectionis adiunxit. Unde ⁊ iunēi diuini Ma. 19. q̄ oīa mādāta legis suauerat dixit. Unus tibi deest: si uis p̄fcūs eē: uade ⁊ uende oīa que hēs rē. Et pp̄ h̄ disciplis suis dicebat ma. 5. Estote p̄fcti sicut ⁊ p̄f̄ v̄ celestis p̄fctus est. ⁊ efficaciam ē abbreviādā ⁊ hec ueniēter prime adiūgitur: q̄ q̄to aliq̄d uerbu est magis p̄fctm̄: tanto ē alti⁹: ⁊ p̄ dñs magis simplex ⁊ breue. Est at⁹ vbum euāgelij abbreviās vba legis: q̄ oīa sacrificia figuralia legis i vno vō sacrificio p̄prehendit. quo xps obtulit seipm̄ pro nobis hostiam: vt dñ. ephe. 5. Dia uero p̄cepta legis moralia i duob⁹ p̄ceptis caritatis concludit. Math. 22. In his duob⁹ mādatis uniuersa lex p̄ndet ⁊ p̄p̄he. Unde dicit (Abbreviās in egrate) Uel q̄ nihil ē p̄termisū de multitudie figuraz ⁊ p̄ceptoz legis quā sub breuitate euāgelij p̄prehēderet. Uel q̄ nihil ipsoz remāet obseruādum qd̄ ē equū fm̄ dictamen rōnis nālis. ps. Omnia mādāta tua equitas: subaudiendū est aut̄ erit: vt sit sensus vbum euāgelij erit abbreviās ⁊ cōsumās in equitate. 2. cū dicit (Qz vbum rē.) Assignat rōnem p̄dicte efficacie dicens. Qz dñs super terrā ex̄ns. i. in terris tanq̄ hō inhabitans: scdm̄ illd̄ Bar. 3. Post hec in terris uisus ē rē. Faciet uerbu breuiatū. Perfecti⁹. n. d; esse uerbu ⁊ maioris uirtutis qd̄ ipse dñs deus carnē indutus locutus ē p̄ semetipm̄ q̄ uerba que locutus est p̄ p̄phas. fm̄ illud Deb. i. Multipharie multisq; modis olim de loquens p̄ribus in p̄phis rē. Uel alr: qz dñs. s. deus p̄ faciet sup terrā vbum breuiatū. i. incarnatū: qz fili⁹ dei exinanuit semetipm̄ formā serui accipiēs. Dñ at⁹ exinanitū uel breuiatum nō qz aliquid subtractum sit plenitudini uel magnitudini dīnitatis ipsius: s; qz nram exilitatem ⁊ uilitatē suscepit. Dñ at⁹ hec auctoritas. Esa. 10. vbi s; litterā nram sic dñ. Si fuerit ppl̄s tuus isrl̄ quasi arena maris re liquie uertent ex eo. Cōfirmatio abbreviata inūdabit iusticiā. Consumatiōem enim ⁊ abbreviationem dñs deus exercitiū faciet in medio oīs terre.

Deinde cū dicit (Et sicut̄ dixit Esa. rē) inducit auctoritatem pertinentem spāliter ad aplos dicens. Et sic̄ dixit Esa. i. Nisi dñs sabaoth. i. exercitiūz uel uirtū reliquisset nobis. s. ex sua mīa semen. i. uerbum euāgelij. Uel semen. i. xpm. Gal. 3. Et semini tuo qui est xpus. uel semē idest ap̄stolos. Esa. 6. Semen sanctum erit id qd̄ steterit in ea. Sicuti sodoma facti essemus: ⁊ sicut gomora similes fuissetm̄s. Hrauius enim fuit peccatus iudeozū q̄ sodomozū. Tren. 4. Maior effecta ē iniquitas populi mei peccato sodomozū. Et eze. 16. Nō feci sodoma ipsa ⁊ filie eius sicut fecisti tu ⁊ filie tue. Et ideo qz iudei nō sunt totalit̄ exterminati sicut sodomite ē diuine mīe imputandum. Tren. 3. Die dñi quia non sumus consumpti.

Deinde cum dicit (Quid ergo dicem?) Infert cōclusionem ex dictis: ⁊ primo q̄tum ad gentes. scdo quantū ad iudeos ibi (Israel uero rē) Circa primū duo facit. p̄ concludit qd̄ intendit dicens. Quid ergo dicemus ex cōsideratione predictorū. Hoc inq; qz oēs apprehēderunt. i. consecute sunt iusticiā. s. qua uocantur filij. i. cor. 6. Et hoc quidem fuistis sed iustificati estis. Et hoc qd̄ ex uocatione diuine electionis non ex meritis qd̄ ps per

## Ad romanos

boc qd dicit. Que nō sectabant iusticiā s; illud ephe. z. Eratis in illo tpe sine xpo aliēati a cōuersatiōe israel. 2<sup>o</sup> exponit qd dixerat iusticiā at que ex fide ē nō cā q̄ i opibus consistit. Non. n. ad hoc gētes puerse sūt: vt iusticiā legalē obseruent. s; vt iustificent p xpi fidē. supra. 2<sup>o</sup>. Iusticia autem dei per fidem iesu xpi.

**C** Deinde cū dicit (Israel vero rē.) Inducit conclusio-  
nē q̄tum ad iudeos. Et p̄ concludit qd intendit dicens.  
(Isrl' vō). i. ppls iudeoz. sectādo legē iusticie in legē iu-  
sticie nō peruenit. Dī lex iusticie lex spūs vite: per quam  
hoies iustificātur ad quā iudeoz ppls nō peruenit quas  
tū sectabat obseruādo ymbra b<sup>o</sup> spūalis legis que cōfir-  
mit in obseruatiōib<sup>o</sup> legalib<sup>o</sup>. Deb. io. Umbra habēs lex  
futuroz bonoz. Uel sectādo legē iusticie. i. legem moy-  
si que est lex iusticie si sit bñ intellcā: qz docet iusticiam.  
Uel of lex iusticie. qz facit hoies iustos nō vere: sed exte-  
rius dū peccata vitāt nō ex amore sed timore pene quā  
lex infligebat. Esa. si. Audite me qui segmini qd iustū ē  
et q̄ritis dñm. Et in eodē. Audite me qui scitis iustū ppls  
me<sup>o</sup> lex mea i cordib<sup>o</sup> eoz. **C** Scdo assignat cāz dices q̄  
re. s. dum sectarent legē ad legē iusticie nō peruenierunt  
qz. s. nō per debitā viam sectabātur. Et hoc ē qd subdit.  
Nō nō ex fide. s. xpi querebāt iustificari: s; q̄si ex opibus  
legis. Sequebātur enī figurā et repudiauerūt veritatez  
supra 3<sup>o</sup>. Ex opibus legis nō iustificabit ois caro coram  
illo. **C** 3<sup>o</sup> manifestat cāz ppositā: et pponit māifestatio-  
nem dices. Offenderūt. n. in lapidē offensionis. i. ad xpm  
qui assimilatur lapidi offensionis: in hoc q̄ sicut lapis i  
quē offendit non cauetur pp suā paruitatē. ita iudei vi-  
dentes xpm infirmitate nra cōtentū non cauerūt in eū  
offendere. Esa. 53. Quasi absconditus vultus ei: et despe-  
ctus. vñ nō reputauim<sup>o</sup> eum. Jere. 13. Anteq̄ offenderāt  
pedes vestri ad montes caliginosos. i. ad xpm et ei<sup>o</sup> apo-  
stolos q̄ dicūtur mōtes caliginosi pp b<sup>o</sup> q̄ eoz dignitas  
et magnitudo latebat. Scdo ad hoc iducit auctoritatez  
dicens. Sicut scriptum est in Esa. s. Lōponit autez apo-  
stolus verba Esa. in diuersis locis scripta. Nam Esa. 28.  
dī. Ecce ego mittam in fundamētis syon lapidē. Lapi-  
dem angularē pbatū preciosum in fundamēto funda-  
tum. Qui crediderit non festinet. Et hinc sumitur p̄nci-  
piū auctoritatis. Ecce ponam in syon lapidem. s. quasi  
fundamētū in quo designatur q̄ xps diuina ordinatio-  
ne cōstitutus erat ecclie fundamētū. i. Corin. 3. Funda-  
mentum aliud nemo pōt ponere p̄ter id qd positū ē qd  
ē xps iesus. Legitur et Esa. 8. In lapidē aut offensionis  
et petrā scādali duab<sup>o</sup> domib<sup>o</sup> israel. Et hinc sumit<sup>o</sup> me-  
dium auctoritatis quo dicit. Lapidem offensionis et pe-  
trā scādali vt offensio referat ad ignorātiā: qz vt dicitur  
i. Cor. 2. Si cognouissent nunq̄ dñm glie crucifixis-  
sent. Scādalum aut referendū est ad impactiōem et ca-  
sum quo per ifidelitatē ceciderūt xpm et ei<sup>o</sup> aplos per-  
sequētes. i. cor. 1. Nos predicam<sup>o</sup> xpm crucifixuz iudeis  
quidem scādalu. Luc. 2. Ecce hic posit<sup>o</sup> ē in ruinā rē. Si  
nis aut auctoritatis sumit<sup>o</sup> exo. 28. capi. Qui crediderit  
nō festinet: loco c<sup>o</sup> hic dī. Ois qui credit in eum nō p̄su-  
detur: qz. s. cōsequetur mercedē ab eo. Ecc. 2. Qui timet  
deū credite illi et nō euacuabitur merces vestra. ponit  
aut ap̄ls bec vba fm lram. 70. Et ad hunc sensum perti-  
net qd in littera nostra dī. Qui crediderit non festinet.  
Ille. n. festinare v̄t q̄ delusū se reputat: quia cito nō adi-



sciscitur quod sperabat. CAP. X.  
**R**atres voluntas quidē cordis mei  
et obsecratio ad deum fit pro illis in  
salutem. Testimoniū enīz p̄hibeo

illis: q̄ emulationem quidē dei habent. sed nō  
scdm sciam. Ignorantes enim iusticiam dei:  
et suā querentes statuere: iusticie dei non sunt  
subiecti. Finis enīz legis xps ad iusticiā omni  
credenti. Moyses enī scripsit: qm iusticiam q̄  
ex lege est qui fecerit homo viuēt in ea. Que  
at ex fide est iusticia sic dicit. Ne dixeris i cor-  
de tuo. quis ascendit in celū. i. xpm deducere.  
aut quis descendet in abyssū. hoc ē xpm a mor-  
tuis reuocare. Sed quid dicit scriptura. Pro-  
pe est verbū in ore tuo. Hoc est verbum fidei  
qd predicamus: qz si confitearis in ore tuo do-  
minuz iesum: et in corde tuo credideris q̄ de-  
illum suscitauit a mortuis saluus eris

**C** Postq̄ ap̄ls ostendit quomodo per electionem gratie  
dei gentiles sunt ad fidem vocati et etiam aliqui ex iude-  
is de maiori parte populi iudaici offendentibus et scāda-  
lizatis. hic agit specialiter de casu iudeoz. Et circa hoc  
tria facit. Primo manifestat cām casus eoz: quā vt. s.  
tetigerat: ex qua ostenditur casus eoz esse miserandis.  
scdo ostendit casum eoz non esse vniuersalem. ii. cap.  
ibi (Dico ergo nunquid rē.) tertio ostendit casum eoz  
nō cē inutile neq̄ irrepabile: ibi (Dico ergo nūqd rē.)  
**C** Circa primū duo facit. Primo ostendit casuz eoz cē  
miserandum ex sua causa. Scdo ostendit q̄ non est to-  
taliter excusabilis ibi. (Sed dico nunquid non audie-  
rūt rē.) **C** Circa primū duo facit. Primo ostendit se ad  
iudeos habere miserationis affectum. scdo ostendit cau-  
sam miserationis ibi (Testimoniū enim illis p̄hibeo rē.)  
**C** Dicit ergo p̄rio. dictuz est q̄ iudei in legē iusticie nō  
peruenierūt p̄pter hoc q̄ offenderunt in lapidez offensi-  
onis. nec tamen cōtra eos indignoz sed eozum misereoz  
Et ideo dico vobis o fratres qui conuersi estis tā ex gē-  
tibus q̄ ex iudeis Mat. 23. Omnes vos fratres estis.  
Voluntas quidem cordis mei idest ex intimo cordis af-  
fectu procedens est ad salutē eozum: vt. s. ipsi saluētur:  
sicut et ego saluatus sum. i. cor. 7. Uolo omnes homines  
esse sicut me ipsum. act. 26. Opto apud deum omnes qui  
audiunt tales fieri qualis et ego sum. Et in hoc deo cōfor-  
mabatur qui vt dicitur primo tbi. 2. Vult omnes homi-  
nes saluos fieri. Nec sola voluntas est in salutē eoz. s;  
et voluntas effectus. ynde subdit. Et obsecratio. s. mea  
fit ad deum pro illis in salutem. i. regum. 12. Absit a me  
hoc pctñ in dño vt cessem orare pro vobis. Jac. vltimo  
Orate p̄ inuicē vt saluemini. Ex hoc p̄z q̄ oranduz p̄  
infidelibus vt saluentur: qz et ipa fides ē donū dei. Eph.  
2. S̄ra saluati estis p̄ fidē et nō ex vobis. dei enī donuz ē.  
**C** Deinde cum dicit (Testimoniū enim rē) Assignat  
causam sue miserationis. quia. s. non ex certa malitia: s;  
ex ignorantia peccabant. Et circa hoc tria facit. primo  
enim pponit eozum ignorantiam. scdo ostendit qd igno-  
rabant ibi. (Ignorantes enim dei rē.) tertio ostēdit ve-  
ritatē eoz q̄ ignorabāt ibi. (Moyses enī dī) **C** Dīc ḡ  
primo. Ideo salutem eoz volo et p̄pter hoc oro misert<sup>o</sup>  
eoz: qz testimoniū p̄hibeo de illis q̄ emulationē q̄-  
dem dei habent. s. qz zelo dei xpm et eius membra perse-  
quuntur. Jo. 16. Venit hora i qua ois qui interficit vos  
arbitretur obsequium se prestare deo. Et huius rei testi-  
eē poterat: qz et ipse aliq̄ fuerat in simili cā. Philip. 3.  
Scdm emulationē persecutus sum ecclesiam dei. s; non  
scdm sciētiam. qz. s. eozum zelus p̄ rectam sciētiaz nō ordi-

naturā dū ignorant veritatē. **¶** Propterea captiuus ductus est populus meus: quia non habuit scientiā. i. cor. 14. Si quis autem ignorat ignorabitur.

**¶** Deinde cum dicit. (Ignorantes. n. rē.) ostendit cuius rei scientiā non haberet. Et primo proponit quod intendit. secundo manifestat propositū. ibi. (Finis. n. legis xpi rē.) Dicit ergo primo. Recte dico quod non finem scientiā. ignorantes. n. dei iustitias. s. q̄ deus per fidem iustificat. s. tertio. Iusticia autem dei per fidem iesu xpi. Et quatenus statuere. i. firmare suā. s. iusticiā quod consistit in operibus legis quod secundum eorum opinionem non expectabat aliquid a deo: sed solum ex arbitrio operantium erat. Et ideo dicit eorum esse iusticiā quasi humanā et non diuinā. s. illud. s. 4. Si abraham ex operibus legis iustificatus est habet gloriā. s. apud homines: sed non apud deum. **¶** Iusticie. n. dei non sunt subiecti. i. nolunt subiaceri xpo per cuius fides iustificatur homines a deo. ps. Nonne deo subiecta erit anima mea. s. 3. Ut subditus fiat omnis mundus deo. **¶** Ero. io. vsq̄quo non vis subiacere mihi?

**¶** Deinde cum dicit. (Finis legis xpi rē.) manifestat quod dixerat. s. eos dei iusticiā ignorare: et quod ei subiacere nolunt: cum tamen iusticiā legalē statuere velint. Circa quod considerandum est quod sicut etiam phisici dicunt intentione cuiuslibet legislatoris est facere homines iustos. vñ multo magis lex veteris hominibus diuinitus data ordinabat ad faciendum homines iustos. Nāc tamen iusticiā lex per semetipsam facere non poterat: quia neminem ad perfectum adduxit lex. vt dicitur Deber. 7. Sed ordinat homines in xpo quem permitterat et figurabat. Gal. 3. Lex pedagoga non fuerit in xpo vt ex fide iustificemur: et hoc est quod dicit. Xpi. n. est finis legis ad quem. s. tota lex ordinat. ps. Dispositionis videri finem. Finis inquit ad iusticiā vt. s. homines per xpm iusticiam consequantur: quā lex intendebat supra octauo. Quod impossibile erat legi mittens deus filium dānauit peccatum in carne vt iustificatio legis impleret in nobis. Et hoc dico omnino credenti: quia per fidem suos iustificat. Io. 1. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius.

**¶** Deinde cum dicit. (Moyses. n. rē.) probat veritatē eorum quod iudei ignorabant. s. quod iusticia dei sit perfectior quam iusticia legis. Et hoc auctoritate ipsius moysi veteris legislatoris. primo ergo per eius verba ostendit additionem iusticie legalis. secundo additionem iusticie fidei. ibi. (Que autem ex fide est rē.) Dicit ergo primo. Recte distinxit iusticiā humanā a iusticia dei. Moyses. n. scripsit. Leuit. 18. Quis homo qui fecerit iusticiam quod ex lege est viuet in ea. vbi sic scripta nra habet. Custodite leges meas atque iudicia que faciens homo viuet in eis. Et eze. 20. Iudicia mea piecerunt que faciens homo viuet in eis. quia. s. hoc commoditatis obseruabat homo per legis obseruatiā ne occideretur tanquam legis transgressor. heb. io. Irritam quod faciens legem moysi absque ulla misericordia morietur. leui. 20. Qui maledixerit patri vel matri morte morietur et sic de alijs. Possimus ulterius dicere quod per legis obseruationem homo ordinatur in vitam presentem. permitterat. n. lex temporalia bona et quedam mandata que ad ordinationem carnalis vite pertinebant. heb. 9. Iusticijs carnis vsque ad tempus correctionis impositis. Sed videatur esse quod dominus dicit. math. 19. querenti quod boni faciā vt habeat vitam eternā. Respondit. Si vis ad vitam ingredi serua mandata. Vñ et supra. s. supra illud. Lex autem subintravit. dicit quidam glo. Iusticia legis suo tempore custodita non solum bona temporalia: sed et vitam conferrebat eternā. sed hec intelligenda sunt secundum spiritalem sensum legis quod pertinet ad fidem xpi. Sed quod hic dicitur referre ad interiorē legis sensum: secundum quem lex de vita eterna mentionem non faciebat.

**¶** Deinde cum dicit. (Que autem ex fide est iusticia rē.) Inducit auctoritatem moysi de iusticia fidei. Et primo moyses ostendit certitudinem fidei que debet esse in corde hominis. secundo fidei effectum. ibi. (Sed quod dicit scriptura rē.) Dicit ergo primo non solum loquitur moyses de iusticia legis: sed etiam ipse sic

pp incredulitate fracti sunt. Tu autem fide stas. noli altum sapere sed time. Si. n. deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitates et severitates dei. In eos quidem qui ceciderunt severitates: in te autem bonitates dei si permanseris in bonitate. Alioquin et tu excideris. Sed et illi si non permanserint in incredulitate inserentur. Potens est enim deus iterum inserere illos. Nam et si tu ex naturali excisus es oleastro. et contra naturam insertus es in bonam oliuam: quanto magis his qui secundum naturam inserentur sue oliue.

¶ Postquam apostolus ostendit casum iudeorum fuisse utilem et reparabilem. Sic excludit gloriationem gentiliu[m] contra iudeos. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit gentibus conuersis non esse gloriandum contra iudeos. Secundo respondet obiectioni gentiliu[m]. ibi. (Dicis ergo fracti sunt etc.) Circa primum duo facit. primo prohibet gentiles contra iudeos gloriari. secundo rationem prohibitionis assignat. ibi. (Quod si gloriaris etc.) Videbat autem ex duabus partibus imminere gentilibus gloriandi occasio contra iudeos. primo quod ex defectu iudeorum dicens. Dicitur est quod si radix est sancta et rami. Sed si aliqui ex ramis. id est ex iudeis non omnes tamen sunt fracti. id est diuisi a fide patrum qui comparantur radici. noli. scilicet gloriari Job. 15. Ramos eius arefecit flamma. sap. 4. Confringentur rami inconsumpti. Secundo videbat eis imminere magna gloriandi ex parte promotionis eorum. Promotio autem alicuius tanto magis consuevit eum extollere in vana gloria quanto ex viliori statu eleuatur. sicut illud puer. 30. Propter tria mouet terra et quartum non poterit sustinere: pro feruore cum regnauerit etc. Et ideo premitit abiectionem statum de quo assumpti erant dicens. Tu autem gentilis cum in statu gentilitatis oleaster esses. id est arbor infructuosa. Jere. 17. Erit quasi mirice in deserto Mat. 7. Quis arbor qui non facit fructum bonum excidetur etc.

¶ Deinde ponit eorum promotionem. Et primo quidem quantum ad hoc quod sunt assumpti in dignitate illius gentis. unde dicit (Inseratus es in illis) id est loco illorum. Job. 4. Conteret multos et innumerabiles et stare faciet alios pro eis. Secundo per hoc quod sunt consociati patriarchis quos supra radicem comparauerat. unde dicit. (Et socius radicis factus es) id est socius patriarchis et prophetis. Mat. 8. Multi venient ab oriente et occidente et recubent cum Abraha[m] Isaac et Jacob in regno celorum. Tertio per comparationem ad gloriam apostolorum cuius dicit. (Et socius pinguedinis oliue factus es.) Oliua quidem de ipsa gens iudeorum propter vniuersales fructus spirituales quos attulit. Jere. 11. Oliua vberem pulchram fructiferam speciosam vocauit deus nomen tuum ps. Ego autem sicut oliua fructifera in domo dei. Sicut autem huius oliue radix sunt patriarche et prophete. ita pinguedo huius oliue est abundantia gratie spiritus sancti. quam pre omnibus apostoli habuerunt ut glossa dicit. Unum iudicium. 9. Oliua dixisse inducit. Nunquid possis deserere pinguedinem meam. ps. Sicut adipe et pinguedine repleat anima mea. Sic ergo promoti sunt gentiles ad societatem illius populi et patriarcharum et apostolorum. Eph. 2. Estis ciues sanctorum et domestici dei superedificati super fundamentum apostolorum et prophetarum: et his occasiones gloriandi habere videaris gentilis noli tamen gloriari aduersus ramos. id est aduersus iudeos. i. corin. 5. Non est bona gloriatio vestra.

¶ Deinde cum dicit. (Quod si gloriaris etc.) Assignat rationem sue admonitionis dicens quod si non obstare hac admonitione gloriaris insultando iudeis stantibus vel excisus hoc conside-

res ad repressionem glorie tue quod tu radicem non portas: sed radicem te. id est iudea non accepit a gentilitate salutem: sed potius e conuerso. Jo. 4. Salus ex iudeis. Unde et abrahe promissus est ben. 22. Quod in ipso benedicent omnes cognationes terre. ¶ Deinde cum dicit. (Dicis ergo etc.) Excludit obiectionem gentiliu[m]. Et primo proponit obiectionem. secundo excludit eam ex consideratione diuini iudicii. ibi. (Bene etc.) Tertio inducit eos in diligentem considerationem diuinorum iudiciorum. ibi. (Vide ergo bonitates etc.) Dicit ergo primo. Ergo tu gentilis qui gloriaris contra iudeos forte dicis. Fracti sunt rami ut ego inserar. id est ad hoc deus promisit iudeos a fide excidere ut ego ad fidem intrarem. Nullus autem sustinet detrimentum rei nisi propter rem preciosiorem et magis dilectam. sicut medicus permittit infirmitatem esse in pede ut sanet oculus. Sic igitur ex hoc ipso videtur gentilitas esse preciosior et magis deo accepta quam iudea. Unde Mat. 10. Non est mihi voluntas in vobis et munus non accipiam de manu vestra. Ab ortu autem solis usque ad occasum magnus est nomen meum in gentibus. Et Esa. 49. Pax est ut sis mihi seruus ad suscitandas tribus iacob. Dedi te in lucem gentium.

¶ Deinde cum dicit. (Bene etc.) Excludit obiectionem Et primo assignat causam defectus iudeorum et promotionis gentiliu[m] dicens. Bene in hoc dicis quod deus permisit frangi ramos ut tu inseraris: sed considera causam fractionis ramos propter incredulitatem in qua fracti sunt: quod scilicet in christum credere noluerunt. Ezech. 2. Increduli et subuersores sunt tecum. Jo. 8. Si veritatem dico vobis quare non creditis mihi: Tu autem scilicet gentilis stas in fide. id est credendo in christum in quo gratiam consecutus es. 2. corin. 1. Nam fide statis. i. corin. 15. Notum facio vobis euangelium in quo statis per quod et saluamini. Secundo inducit admonitionem dicens. (Noli altum sapere) id est noli de te ultra te ipsum presumere. i. fra. 12. Non alta sapientes. sed humilibus confidentes ps. Domine non est exaltatum cor meum neque elati sunt oculi mei. Sed time ne. scilicet etiam tu frangaris per incredulitatem quod pertinet ad timorem castum puer. 28. Beatus homo qui semper est pauidus. quod vero mentis est digne conuicti in malum. Ecl. 1. Timor domini expellit peccatum. Secundo assignat rationem sue admonitionis dicens. Si enim naturalibus ramis. id est iudeis qui ex naturali origine ex patriarchis descenderunt non pepercit deus quin eos frangi permitteret time ne forte nec tibi parcat quoniam scilicet te permittat per incredulitatem excidere puer. 6. Zelus et furor vestri non parcat in die vindicte. Jere. 13. Non parcat neque miserere ut non dispergam eos. In hoc ergo consistit solutio apostoli quod cum aliquis videt se gratiam adeptum alio cadente non debet extolli contra cadentem: sed magis timere sibi ipsi. quod ipsa superbia est causa precipitii: et timor est causa custodie et cautele.

¶ Deinde cum dicit. (Vide ergo bonitates et severitates etc.) Inducit eos in diligentem considerationem diuinorum iudiciorum: et primo inducit eos ad considerandum. secundo instruit eos quasi per se considerare non valentes. ibi. (Nolo enim vos ignorare fratres etc.) Tertio quasi nec ipse perfecte sufficeret ad istorum investigationem exclamat admirando diuinam sapientiam ibi. (O altitudo diuitiarum etc.) Circa primum tria facit. primo ostendit quod considerari oporteat dicens. (Vide ergo) id est diligenter considera bonitatem dei misericordis. ps. Quia bonus israel deus his qui recto sunt corde. s. 2. An diuitias bonitatis eius contemnis. et severitatem ipsius punientis. ps. Deus ultionum dominus. id est deus emulator et vlticens dominus. prima. n. Consideratio tribuit spem. secunda timorem ut vitet desperationem et presumptio. Secundo ostendit in quibus vtriusque dictorum sit considerandum quantum ad preterita dicens. (In eos quidem) scilicet iudeos qui ceciderunt. Tercio. 2. precipitauit dominus nec pepercit: oia speciosa iacob destruxit. In te autem scilicet gentilem qui insertus es bonitatem. ps. Bonitatem fecisti cum seruo tuo domine. Tertio

ostendit quo tenore possint in predictis hec considerari: quod non immobiliter sicut quod potest mutari in futurum. Et primo ostendit quantum ad gentiles dicens. In te dico vide bonitatem dei operantem: eo tenore si permanseris in bonitate. Jo. 15. Manete in dilectione mea: alioquin si tu non dederis operam ad permanendum per timorem et humilitatem et tu excideris. Mat. 3. Omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur. Secundo ostendit idem quantum ad iudeos: et primo proponit quod ite dicit dicens. Sed et illi. Iudei si non permanserint in incredulitate inferentur. I. in suum statum restituentur. Je. 3. Fornicatus es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me dicit dominus. Secundo probat quod dixerat: et primo ex diuina potentia dicens. Potens est. n. dominus deus iterum inferere illos: et ideo non est de eorum salute desperandum. Esa. 59. Ecce non est abbreviata manus domini: ut saluare non possit. Secundo probat idem per locum a minori dicens. Nam si tu gentilis excisus es ex naturali oleastro id est ex gentilitate que naturaliter erat infructuosa: non quidem put dominus fecit naturam: sed sicut quod corrupta est per peccatum. sap. 12. Iniqua est natio eorum: et naturalis malicia ipsorum. Eph. 2. Erasmus natura filii ire. Et insertus in bonam oliuam id est in fide iudeorum contra naturam. i. contra communem cursum nature. Non enim prouenit ramus arboris male inseri in bonam arborem: sed potius econuerso. Id autem quod deus facit non est contra naturam sed est simplicitate naturale. Dicimus enim esse naturale: quod fit ab agente cui naturaliter subditur patiens: quousque est non sit sicut propria natura patiens: sicut. n. fluxus et refluxus maris est naturalis propter hoc quod causatur ex motu lune cui naturaliter subditur aqua: quousque non sit naturalis sicut forma aque: ita et cum omnis creatura sit naturaliter deo subiecta quicquid deus facit in creatura est simplicitate naturale: sed forte non sit naturale. sicut propria et particularem naturam rei in qua fit: puta cum cecus illuminatur et mortuus resuscitatur: si in hoc factum est contra naturam: quanto magis hi qui sunt sicut propria natura: id est qui naturali origine pertinent ad gentem iudeorum inseruntur sue oliue: id est reducuntur ad dignitatem gentis sue. Mat. ultimo. Conuertet corda patrum ad filios et corda filiorum ad patres eorum.

Lectio.

III.



**N**olo enim vos ignorare fratres mysterium hoc ut non sitis uobis ipsis sapientes: quia cecitas ex parte contingit in israel donec plenitudo gentium intraret: et sic omnis israel saluus fieret: sicut scriptum est. Venit ex syon qui eripiat et auertat impietatem a iacob. Et hoc illis a me testamentum cum abstulero peccata eorum. Secundum euangelium quidem inimici propter uos: sicut electionem autem charissimi propter patres. Sine penitentia enim sunt dona et uocatio dei. Sicut enim aliquando et uos non credidistis deo: nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum: ita et isti nunc non crediderunt in uestram misericordiam: ut et ipsi misericordiam consequantur. Concluserunt enim deus omnia in incredulitate: ut omnium miseretur.

**C** Postquam apostolus induxit gentiles in cognitionem diuini iudiciorum: in quibus diuina bonitas et seueritas manifestatur: hic quasi eis ad huc non sufficientibus considerare predicta exponit quid sibi circa hec videatur: et primo proponit factum. Secundo probat ibi. (Sicut scriptum est etc.). Tertio rationes

assignat ibi. (Si. n. etc.) Circa primum tria facit. Primo proponit suam intentionem dicens. Ideo induxi uos ad considerandum bonitatem et seueritatem dei. Nolo enim fratres ignorare uos mysterium hoc: non enim omnia mysteria capere potestis. hoc est enim perfectorum quibus dominus dicit Luc. 8. Uobis datur est nosse mysterium regni dei. Sap. 6. Non abscondam a uobis sacramenta dei: sed ignorantia huius mysterii esset nobis danosa. prime cor. 14. Si quis ignorat ignorabit. Secundo assignat sue intentionis rationem: ut non sitis uobis metipsis sapientes id est non de sensu uestro presumatis: et ex uestro sensu alios condempnantes: uos eis preferatis. infra. 12. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Ysa. 5. Ue qui sapientes estis in oculis uestris: et coram uobis metipsis prudentes. Tertio proponit quod intendit. Primo quidem quantum ad casum particularium iudeorum cum dicit. Quia cecitas contingit in israel non uoluntate: sed ex aliqua parte: ut supra ostensum est. Ysa. 6. Ecce cor populi huius. Secundo ponit terminum huius cecitatis dicens. Donec intraret ad fidem plenitudo gentium. i. non solum aliqui particulariter ex gentibus: sicut tunc uertebantur: sed uel per toto uel per maiori parte in omnibus gentibus ecclesia fundata. ps. Dominus est terra et plenitudo eius. Dicunt autem gentes ad fidem uertuntur intrare quasi ex exterioribus: et uisibilibus rebus que uenerant in speciali: et uoluntate diuina. ps. Introite in conspectum eius in exultatione. Et est notandum quod hoc aduerbiu donec potest designare causam executionis iudeorum. Propter hoc enim promissit deus eos excecari: ut plenitudo gentium intraret. sicut patet ex supradictis. Potest et designare terminum: quia uidelicet usque tunc cecitas iudeorum durabit quousque plenitudo gentium ad fidem intrabit. Et huic concordat quod infra subdit de futuro remedio iudeorum cum dicit. Et sic. i. cum plenitudo gentium intrauerit omnis israel saluus fiet non particulariter: sicut modo: sed uniuersaliter omnes. Osee. 1. Saluabo eos in domo deo suo. Mich. ultimo. Reuertetur et miserabitur nostri.

**C** Deinde cum dicit. (Sicut scriptum est etc.) probat quod dixerat de futura salute iudeorum. Et primo probat hoc per auctoritatem. Secundo per rationem ibi. (Secundum euangelium meum etc.). Dicit ergo primo. Dico quod omnis israel saluus fiet: sicut scriptum est. Ysa. 56. ubi nostra littera sic habet. Veniet ex syon redemptor et eis grederit ad iacob. hoc sedus meum cum eis dicit dominus. Sed apertius hoc inducit sicut Isaiam. 70. et tangit tria uerba hic posita. Primo saluatoris aduentum cum dicit. Veniet deus: scilicet humanatus ad saluandum nos ex syon. i. ex populo iudeorum quod significat per syon que erat arx hierusalensis que est metropolis iudee. Unde dicitur Zach. 9. exulta satis filia syon in uerba filia hierusalensis ecce rex tuus uenit tibi etc. Jo. 4. Saluus ex iudeis est. Uel dicit ex syon eum uenire: non quod sit ibi natus: sed quod inde doctrina eius exiit in uniuersum mundum per hoc quod apostoli in cenaculo syon spiritum sanctum receperunt. Ysa. 2. De syon erit lex. Secundo ponit salutem per christum iudeis oblata dicens. Qui eripiat et auertat impietatem a iacob. Et potest etiam referri ad liberationem a pena. ps. Eripiet animam meam de morte. Quod uero dicit auertat impietatem a iacob: potest referri ad liberationem a culpa. ps. Auertat dominus captiuitatem plebi sue. Uel utrumque refertur ad liberationem a culpa: sed dicit quod eripiat per paucos quod nunc difficulter quasi cum quadam uolentia uertuntur. Amos. 3. Quomodo si eruat pastor de ore leonis duo crura aut extremum auricule sic eruent filii israel. Dicit autem auertat impietatem a iacob. ad ostendendum facilitatem conuersiois iudeorum in fine mundi. Mich. ultimo. Quis deus similis tui qui auersus iniquitatem: et transferens peccatum reliquarum hereditatis tue. Et hoc testimonium. i. nouum erit illis a me cum abstulero peccata eorum. Actus. n. testium peccata non auferantur: quod ut dicitur Deu. 10. Impossibile est sanguine thaurorum et hircorum auferri peccata. Et ideo per imperfectionem ueteris testamenti permittit eis nouum testamentum. Jere. 31. Seruauit dominus



## Ad romanos

israel et domui iuda fedus nouū. Quidē habebit efficacia ad remissionē peccati p sanguinem xpi. Math. 26. Dic sanguis meus noui testamēti g p multis effundet in remissionē peccatorū. Mich. ultimo. Deponet iniquitates nras et pyciet in pfundū maris oia peccata nra.

**C** Deinde cū dicit. (Scdm euāgelium meū rē.) Probat p positū p rōnez. Et primo inducit pbationē. Secdo remouet obiectionē ibi. (Sine penitētia. n. rē.) Dicit ergo p q eoz peccata auferant et q postq peccata habent: manifestū ē q sunt inimici xpi. Scdm euāgelium quidez inimici. i. q̄tum ad doctrinā euāgelij ptinet quā impugnat pp vos. i. ad utilitatē vestri cedit: vt supra dictū ē. Unde dicitur Luc. 19. Verūtm̄ inimicos meos illos qui noluerūt me regnare sup se adducite huc et interficite añ me. Jo. 15. Nūc autē et viderūt et oderūt et me et patrē meū. Uel fm euāgelium dicit: qz eoz inimicitia ad utilitatē euāgelij ptinet cuius predicatio occasiōe talis inimicitie vbiq; diffundit. Col. 1. In vbo veritatis euāgelij qd puenit ad vos sicut et i vniuerso mūdo ē fructificat et crescit. Sed sūt charissimi deo pp patres: et hoc fm electionē: qz scz ob grām patrū: eozuz semen elegit Deut. 4. Dilexit patres tuos et elegit semen eoz post eos. Quod nō sic ē intelligēdū quasi merita prestita p̄ribus fuerint causa eterne electōis filioz. s. qz deus ab eterno elegit gratis et patres et filios: hoc tñ ordine: vt filij pp patres psequerētur salutē: nō quasi merita patruz sufficerēt ad filioz salutē: sed per q̄das abūdantiā diuine gratie et misericordie: hoc dicit: que in tñ patribus ē exhibita: vt pp pmissiones eis factas ēt filij saluaretur. Uel intelligēdū est fm electionē. i. q̄tum ad electos ex illo populo sicut supra dictū est electio psecuta ē. Si autē sunt dño charissimi rationale ē q a deo saluent s̄z illud Ysa. 64. Oculis nō vidit deus absq; te q̄ preparasti rē.

**C** Deinde euz dicit. (Sine penitētia. n. sunt rē.) Excludit obiectionē. Possēt enim aliqs obieciō dicere q iudei et si olim fuerint carissimi pp patres. tñ inimicitia quas contra euāgelium exercēt pbibet ne in futurū saluentur: s̄z B apostolus falsum esse asserit dicēs. Sine penitētia. n. sunt. s. dona et vocatio dei: quasi dicat: q deus alius aliquibus donet vel aliquos vocet hoc ē sine penitētia: qz de hoc deus nō penitet fm illud. i. regl. 5. Triūphator i israel nō parceret nec penitudine flectet. ps. Iurauit dñs et nō penitebit eū.

**C** S̄z v̄ falsum. Dic. n. dñs gen. 6. Penitet me fecisse hominē. Et Jere. 18. Loquar de gēte et de regno vt edificem et plātem illud. Si fecerit malū in oculis meis penitētiaz agā sup bonū qd locutus suz vt facerē ei. **C** Sed dicēdū est q sicut dñs irasci dñ nō pp hoc q in eo sit cōmotio ire: sed qz ad modū irati se h̄z q̄tum ad punitiōis effectū: ita qñq; penitere dicit nō quasi i eo sit penitētie cōmutatio. s̄z qz ad modū penitētē se h̄z dū mutat qd fecerat. **C** S̄z adhuc v̄ fm hoc q dona et vocatio nō sint sine penitētia: qz dona diuinitus cessa frequēter amittuntur fm illud Mat. 25. Tollite itaq; ab eo talētum et date ei q h̄z deces talēta. Vocatio enim dei ēt qñq; mutari videt cū scriptū sit Math. 22. Multi sunt vocati pauci v̄o electi. **C** S̄z dicēdū ē q donū hic accipit p pmissiōe q fit fm dei p̄sciētia vel predestinationē: vocatio autē hic accipit p electionē qz pp certitudinē v̄riusq; qd deus pmittit iā quodāmodo dat et quos eligit iā quodāmodo vocat. Et tñ ipsum tpale dei donū et tpalis vocatio nō irritatur p mutationē quasi penitētis: sed p mutationē hois q grām dei abycit fm illō Deb. 12. Cōtemplātes ne qs desit grē dei. Potest ēt qd h̄ dñ aliter itelligi vt dicamus q dona dei q datur in baptisimo: et vocatio qua baptizatus vocat ad grām sunt sine penitētia hois baptizati: qd qdez hic inducit ne aliqs desperet de futura iudeozū salute pp hoc q nō vident de pec-

cato suo penitere. **C** S̄z B qd dñ ē qd Penitētia dicit Act. 2. Penitētia agite et baptizet vniūsq; vestrū. Sed dicēdū ē q duplex ē penitētia: interior et exterior. Interior qdez consistit in p̄tritiōe cordis: qua qs dolet de peccatis p̄teritis et talis penitētia regit a baptizato: qz vt Aug. dicit i libro de penitētia. Nemo sue voluntatis arbiter constituitur post nouā vitā inchoare nisi peniteat cū veteris vite: alioquin fictus ad baptismū accedit. Exterior v̄o penitētia consistit in exteriori satisfactiōe q a baptizato nō requirit. qz p grām baptismalē liberat homo nō solū a culpa: s̄z et a tota pena p virtutē passiōis xpi: q p peccatis oium satisfecit sicut supra. 6. dictū ē. Quicūq; baptizati sumus i xpo iesu in morte ipsius baptizati sumus. Unde dñ Tit. 3. Per lauacrum regenerationis et renouatiōis sp̄s sancti quē effudit i nos abūde. **C** Sed cū claus ecclesie: et oia alia sacramēta liberēt hoem a culpa et a tota pena. Sed dicēdū ē q passio xpi operat in baptismo p modū cuiusdā generationis que requirit vt homo totaliter p̄ori vite moriat: ad hoc vt nouā vitā accipiat. Et iō tollit in baptismo totū reatus pene: q ptinet ad vetustatē prioris vite. Sed i alijs sacramentis operat vtus passiōis xpi p modū sanationis vt in penitētia. Sanatio autē nō requirit vt statim ois infirmitatis reliquie auferatur. Et eadē rō est i alijs sacramentis. **C** S̄z cū p̄fessio peccatorū ptineat ad exteriorē penitētia: qri p̄t v̄trū a baptizato p̄fessio peccatorū regit: v̄t q sic. Dicit enim Math. 1. q baptizabāt hoies a Joāne p̄fiteres peccata sua. Sed dicēdū est q baptismus Joānis erat baptismus penitētie: q. s. accipiēdo illū baptismus quodāmodo se p̄fitebant penitētia accepturos de peccato suo: et iō aueniens erat vt p̄fiterent: vt fm modū peccati eis penitētia statueret: sed baptismus xpi est baptismus oium peccatorū: ita q non restat baptizato aliqua satisfactio p peccatis p̄teritis: pp qd nulla est p̄fessionis vocalis necessitas. ad hoc enim necessaria est p̄fessio in sacramento penitētie: vt sacerdos per potestatem clauium conuenienter penitentem soluat vel liget.

**C** Deinde cū dicit. (Sicut enim aliqui rē.) Assignat rōnez future salutis iudeozū post eozū incredulitatē. Et primo ponit similitudinē inter v̄riusq; populi salutē. Secudo huius similitudis cām ostendit ibi. (Cōclusit enī deus rē) Dicit ergo p̄mo. Ita dico q omnis israel saluus fiet q̄uis nunc sint inimici. Sicut enim et vos gentiles aliquādo nō credidistis deo. Eph. 2. Eratis illo tpe sine deo in hoc mūdo: nūc autē misericordiā p̄secuti estis. infra. 15. Hētes autē sup misericordia honorare deū. Osce. 2. Miserebor eius q fuit absq; misericordia. Et hoc pp eozū incredulitatē q. s. fuit occasio v̄e salutis: vt supra dictū ē. Ita et isti. i. iudei nūc. s. tpe gratie nō crediderūt. s. xpo Jo. 8. Quare nō creditis mihi: Et hoc est qd subdit. In vestra misericordiam. i. in gratiā xpi p quā misericordiam cōsecuti estis. Tit. 3. fm suā misericordiā saluos nos fecit. Uel nō crediderūt: vt p hoc puenirent in vestra misericordiā. Uel non crediderūt: qd in vestra misericordiā occasionaliter cessit: vt et ipsi qñq; m̄iaz cōsequerent. Ysa. 14. Miserebit dñs Jacob. **C** Deinde cū dicit. (Cōclusit. n. rē.) Assignat rōnem huius similitudinis: qz scz deus voluit vt sua misericordia i oib; locū haberet. Et hoc ē qd subdit. Cōclusit. n. deus. i. cōcludi pmisit. oia. i. omne hoium genus tā iudeos q̄ gētiles in incredulitate sicut i quadā cathena erroris. Sap. 17. Una cathena tenebrarū oēs erāt colligati. Ut oīuz misereat. i. vt i omni genere hoīuz sua misericordia locū beat. Sap. 11. Miserebis oium dñe. Qd qdē nō ē extēdenduz ad oēs hoies sigillatim: sed ad oia genera hominū. Sir. 11. hic distributio p generibus singulorū: et nō p singulis generuz.

Ideo autem deus vult oēs p̄ suā misericordiaz saluari: vt ex hoc humilientur ⁊ suā salutem nō sibi: sed deo ascribant. *Deec. 13.* Perditio tua israel tantūmō ex me auxiliū tuū: supra. 3. Ut omne os obstruat ⁊ subdit⁹ fiat ois mūd⁹ deo.

Lectio.

V.



**A**ltitudo diuinarum sapientie ⁊ scientie det: q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius: ⁊ inuestigabiles vie eius. Quis enim cognouit sensum domini: aut quis consiliarius ei⁹ fuit: aut quis prior dedit illi ⁊ retribuetur ei: Quoniam ex ipso ⁊ per ipsum ⁊ in ipso sunt omnia ipsi honor ⁊ gloria in secula seculorum amen.

**S**upra apostolus conatus fuit assignare rōnem diuinarū iudiciorū quibus tā gentes q̄ iudei post incredulitatez misericordiā ⁊ sequunt: nūc quasi ad hec inuestiganda se insufficientē recognoscēs exclamādo diuinā excellentiam admirat. Et primo admirat diuinā excellentiā. Scōdo p̄bat qd̄ dixerat ibi. (Quis. n. cognouit rē.) Circa p̄mū duo facit. Primo admirat excellentiā diuine sapientie s̄m se p̄siderate. scōdo p̄ cōparatiōez ad nos ibi. (Quā incomprehensibilia rē.) Excellentiā diuine cognitiōis admirat. P̄rio q̄tuz ad altitudinē dicens. O altitudo. *Ecc. 7.* Alta p̄funditas q̄s iueniet eā. *Jere. 17.* Solū glorie altitudinis a p̄ncipio. Nec aut altitudo attendit q̄tum ad tria. Uno qd̄ modo q̄tum ad rez cognitiā: in q̄tum. s. deus se ipsum p̄fecte cognoscit. *Ecc. 24.* Ego i altissimis habito. Alio modo q̄tum ad modū cognoscēdi: in q̄tum. s. p̄ seipm̄ oia cognoscit. *ps.* Prosperit de excelso sancto suo: dominus de celo in terrā aspexit. Tertio q̄tuz ad certitudinē cognitionis. *Ecc. 23.* Oculi domini multo plus lucidiores super soles.

**S**cōdo admirat excellentiā diuine cognitiōis q̄tuz ad eius plenitudinē cū dicit. Diuitiaz. *Esa. 33.* Diuitie salutis sapientia ⁊ scientia. Que qdem plenitudo attendit in tribus. Uno mō i multitudine cognitorū: qz. s. oia nouit. *Jo. vltimo.* Dñs tu oia scis. *Col. 2.* In ipso sunt oēs thesauri sapientie dei absconditi. Alio mō q̄tum ad facilitatē cognoscēdi: qz statim oia intuet sine inquisitionē ⁊ difficultate. *Deb. 4.* Omnia nuda ⁊ aperta sunt oculis eius. Tertio q̄tū ad copiā cognitiōis: qz eaz oibus cōicat affluenter. *Jac. 1.* Si q̄s vestz indiget sapientia postulet a deo q̄ dat oibus affluenter. **T**ertio admirat diuinā excellentiā quātuz ad perfectionem cū dicit. Sapientie ⁊ scientie dei: habet enim sapientiam de diuinis *Job. 12.* Apud ipsum est fortitudo ⁊ sapientia. Et scientiā de rebus creatis. *Baruch. 4.* Qui scit vniuersa nouit eam.

**D**einde cū dicit. (Q̄ incomprehensibilia rē.) Oñdit excellentiā diuine sapientie p̄ cōparationem ad n̄m̄ intellectū. Et primo q̄tum ad sapientiā: ad quā p̄tinet iudicare ⁊ ordinare. Unde dicit q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius: qz scz hō nō pōt cōprehēdere rationē diuinorū iudiciorū: qz in sapiētia dei latēt. *ps.* Iudicia tua abyssorū multa. *Job. 11.* Forsitā vestigia dei cōprehēdes ⁊ oipotentem vsq; ad p̄fectū reperiēs. Scōdo q̄tum ad scientiā p̄ quā in reb⁹ operat. Un̄ subdit. Et inuestigabiles. i. nō p̄fecte ab homine vestigabiles vie eius: idest p̄cessus eius quib⁹ in creaturis operat. Et si enim ipse creature sint homini notē: tñ modi q̄bus deus in creaturis operat ab hoīe cōprehēdi nō possunt. *ps.* In marivis tue in aquis multis: ⁊ vestigia tua nō cognoscēt. *Job. 38.* Per quā viā sp̄git lux rē.

**D**einde cū dicit. (Quis. n. rē.) P̄bat qd̄ dixerat ad qd̄ inducit duas auctoritates: quaz vna habet *Esa. 40.* vbi s̄m̄ l̄ram n̄raz sic legit. Quis adiuuuit sp̄s dñi aut q̄s cōsi-

liarius eius fuit. Loco cuius hic d̄f. Quis. n. cognouit sensum dñi: aut q̄s cōsiliarius ei⁹ fuit. Alia auctoritas habet *Job. 41.* Quis aī dedit mibi: vt reddā ei: ex loco cui⁹ hic dicit: aut q̄s prior dedit ei ⁊ retribuet ei. In his aut verb⁹ ⁊ sequentibus apl̄us tria facit. Primo oñdit excellentiaz diuine sapientie per cōparationē ad intellectū nostruz dicens. Dicitū est q̄ incomprehensibilia sunt iudicia eius ⁊ inuestigabiles vie eius. Quis. n. cognouit sensum dñi: p̄ quē. s. iudicat ⁊ opando p̄cedit: quasi dicat. Nullus: nisi eo reuelate. *sap. 9.* Sensum tuū q̄s scire poterit: nisi tu dederis sapientiā: ⁊ miseris sp̄m̄ sanctū tuū d̄ altissimis. Et p̄me cor. 2. Que sunt dei nemo nouit nisi sp̄s dei: nobis aut reuelauit deus sp̄m̄ suū. Secūdo oñdit excellentiaz diuine sapientie. s̄m̄ q̄ in se hz altitudinem: q̄ qdem est altitudo q̄ est sup̄remi p̄ncipiū ad qd̄ duo p̄tinent. Primo q̄ nō sit ab alio. scōdo alia sint ab eo. Et hec ostendit ibi. (Quoniaz ex ipso.) Q̄ aut sapientia dei nō dependeat ab altiori p̄ncipio ostēdit dupliciter. Primo qd̄ez p̄ hoc q̄ nō est istructa alieno p̄silio. Un̄ dicit. Aut q̄s p̄siliari⁹ ei⁹ fuit. Quasi diceret. Nullus. Ille enim p̄silio indiget q̄ non plene cognoscit qualiter sit agendū: qd̄ d̄ eo nō competit. *Job. 26.* Cui deditisti p̄siliū. Forsitan illi q̄ nō hz sapientiā: *Je. 23.* Quis affuit in p̄silio dñi. Scōdo p̄ hoc q̄ nō est adiuta alieno dono. Unde subdit. Aut q̄s prior dedit illi ⁊ p̄ hoc retribuet ei: quasi prius dātū. Quasi dicat. Nullus. Nō. n. pōt homo dare deo nisi q̄ a deo accepit. i. *paral. vltimo.* Tuā sūt oia ⁊ q̄ d̄ manu tua accepim⁹ dedim⁹ tibi. *Job. 35.* Porro si iuste egeris qd̄ dōab ei: aut qd̄ de manu tua accipiet.

**D**einde cū dicit. (Un̄ ex ipso rē.) Ostendit altitudinē dei q̄tuz ad hoc q̄ ab ipso sunt oia. Et p̄mo ostendit eius causalitatē. Secūdo eius dignitatē. ibi. (Ipsi honor et gloria.) Tertio eius perpetuitatē. ibi. (In secula seculorū amen.) Dicit ergo primo. Recte nullus p̄or dedit illi: qz ex ipso ⁊ p̄ ipsum ⁊ in ipso sunt oia. Et ita nihil pōt esse nisi ab eo acceptū. Ad designandū aut dei causalitatē vti tribus p̄positionibus que sunt. ex. p. ⁊ in. Nec autē p̄positio ex. denotat p̄ncipiū motus. Et hoc tripliciter. Primo qd̄ ipsum p̄ncipiū agens vel moueus. Alio mō ipaz materia. Tertio modo ipsum p̄ncipiū oppositū quo incipit mot⁹. Dicimus. n. cultellum fieri ex fabro ⁊ ferro ⁊ ex infigurato. Uniuersitas aut creaturaz nō est facta ex p̄existēti materia: sed est effectus dei. Et s̄m̄ hoc omnia creata nō dicuntur ex aliquo esse: sed sicut ex opposito dicunt esse ex nullo: qz nihil erant anteq̄ crearentur: vt essent *sap. 2.* Ex nihilo nati sumus. Ex deo aut sunt omnia sicut ex p̄mo agēte. i. *corin. 11.* Omnia aut ex deo. Notandū tñ q̄ hec p̄positio. de. easdez habitudines designare v̄. hoc tñ sup̄addit: qz semp̄ designat p̄substātialem. Dicimus. n. cultellū esse de ferro: nō aut esse de artifice: qz igiī filius p̄cedit a p̄re: vt ei p̄substātialem dicimus filiū eē de patre. Creature vō nō p̄cedūt a deo tanq̄ ei p̄substātialem. Unde nō dicunt eē de ipso: s̄ solū ex ipso. Nec aut p̄positio. p. designat causam operatiōis: s̄ qz operatio est mediū inter faciens ⁊ factū: dupliciter hec p̄positio p. potest operatiōis cāz designare. Uno mō s̄m̄ q̄ operatio exit ab operāte: sic aliqd̄ dicit p̄ se operari qd̄ est sibi cā vt operet. Hoc aut est vno qdem mō forma: sicut dicimus q̄ ignis calefacit p̄ calozes. Alio mō aliqd̄ sup̄ius agens: puta si dicam⁹ q̄ hō generat p̄ virtutē solis: vel potius dei: sic igiī oia dicunt dupliciter esse p̄ ipsum. Uno modo sicut p̄ p̄mū agens cuius virtute oia alia agūt. *puer. 8.* Per me reges regnant. Alio mō in q̄tū eius sapiētia q̄ ē eius essentia ē p̄ quā deus oia fecit s̄m̄ illud. *puer. 3.* Dñs sapiētia fundauit terrā. Alio vō mō hec p̄positio p̄ designat cām operatiōis nō qdem s̄m̄ q̄ exit ab operante: s̄ s̄m̄ q̄ terminat ad opa sicut dicimus q̄ faber

## Ad romanos

facit cultellū p martellū: qd nō est sic intelligendū q mar  
tellus sic cū fabro operet: sicut in prioribus intelligebat:  
sed qz cultellus fit ex operatione fabri p martellus. Et iō  
dicit qz hec ppositio p. qz qz dsignat auctoritatē i recto: sic  
cum dicimus rex operat p baluū: qd p̄tinet ad hoc quod  
nūc dicit. Quis aut in causali: sicut cū d̄r q baluū p re  
gē operat: qd p̄tinet ad p̄cedentes modū. Hoc aut mō de  
quo nūc loquimur dicim̄ oīa esse facta a p̄re per filiū. s̄m il  
lud Jo. i. Oīa p̄ ipsū facta sunt: nō ita qz pater habeat a fi  
lio hoc qz facit res: s̄z potius: qz virtutē faciēdi filius acci  
pit a p̄re: nō tñ instrumentale: aut diminutā: aut aliā: s̄z p̄ci  
palē: et equalē et eandē. Jo. 5. Quicūqz p̄ facit hec et filius  
similiter facit. Unde l̄z oīa sint facta a patre p̄ filius: nō tñ  
filius est instrumentū vel minister patris. Hec autē p̄posi  
tio in. designat et̄ triplicē habitudinē cause. Uno qdē mō  
designat materiā: sicut dicimus animā esse i corpore: et for  
mā in mā. Hoc aut mō nō d̄r q omnia sint in deo: qz ipse  
nō est cā materialis rex. Alio mō designat habitudinem  
cause efficiētis in cuius potestate est effect⁹ suos dispone  
re: et s̄m hoc dicim̄ oīa eē in ipso s̄m qz oīa in eius potesta  
te et̄ dispositiōe p̄sistunt. s̄m illud ps. In manu ei⁹ sūt oēs  
fines terre: Et act. 17. In ipso viuimus mouemur et̄ sum⁹.  
Tertio mō designat habitudinē cause finalis. s̄m qz totū  
bonū rei. et̄ p̄seruatio ipsius p̄sistit in suo optimo: et̄ s̄z hoc  
dicim̄ oīa esse in deo: sicut in bonitate cōseruante. col. 1.  
Et oīa in ipso stant. Qz aut dicit oīa est absolūte accipien  
dū p oibus que hnt̄ vey esse: p̄ctā aut nō habent vey eē:  
sed in q̄tum sunt peccata dicim̄ p defectū alicuius entis  
eo qz malū nihil est: nisi p̄uatio boni. Et iō cum dicit ex  
ipso: et̄ ipsū et̄ in ipso sunt oīa: nō est intelligendū de pec  
catis: qz s̄m Aug. Peccatū nihil ē: et̄ nihil sunt hoies cum  
peccat. Quicqd tñ entitatis est in pctō totū est a deo. Sic  
igit̄ s̄m p̄missa oīa sunt ex ipso. s̄ deo: sicut ex p̄ma op̄atri  
ce potentia. Omnia sunt per ipsum in q̄tum oīa facit p suā  
sapiētiā. Omnia sunt in ipso: sicut in bonitate p̄seruāte.  
Hec aut tria. s̄. potētia sapiētia et̄ bonitas cōmunia sunt tri  
bus p̄sonis. Unde hoc qz d̄r ex ipso: et̄ ipsū et̄ in ipso p̄t  
attribui cuilibet triū p̄sonaz: s̄z tñ potentia qz h̄z rationez  
p̄ncipij appropriatur patri qui ē p̄ncipiū totius diuini  
tatis. Sapiētia filio qz p̄cedit: vt v̄bum qd nihil aliud ē  
qz sapiētia genita. Bonitas appropriat̄ sp̄i sancto qz p̄  
cedit: vt amor cuius obiectū est bonitas. Et iō appropriā  
do dicere possumus ex ipso. s̄. ex patre per ipsum. s̄. p̄ filius  
in ipso. s̄. in sp̄itu sancto omnia sunt.

Deinde cū dicit (Ipsi honor: et gloria) Oñdit dei dignita  
te que p̄sistit in duobus qz p̄missa sunt. Nā ex eo qz ex ipso  
et̄ ipsū et̄ in ipso sunt oīa: debet ei honor et̄ reuerentia et  
subiectio a tota creatura. mal. i. Si ego pater vbi ē honor  
meus. Ex eo v̄o qz ab alio nō accepit nec p̄siliū nec donuz:  
debetur ei gloria: sicut e d̄rio dicit homini. p̄me corint. 4.  
Si accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis: et qz hoc ē  
propriū dei d̄r. Esa. 42. Gloria meā alteri nō dabo. Ulti  
mo ponit eius eternitatē cū dicit. In secula seculoz. i. per  
oīa secula succedētia seculis. p̄t seculū d̄r duratio vniū  
cuiusqz rei. Vel secula seculoz dicim̄ secula. i. duratiōes  
rez incorruptibiliū que p̄tinet secula corruptibiliū rez  
et̄ p̄cipue ipsa dei eternitas: que tñ pluraliter dici p̄t licz  
in se sit vna et̄ simplex pp multitudinem: et̄ diuersitatē cō  
tentoz: vt sit sensus in secula contentiua seculoz. ps. Re  
gnum tuū regnū oīum seculoz. Addit aut ad p̄firmatio  
nem. Amē. Quasi dicat: vere ita est. Et sic accipitur i euā  
gelys vbi dicitur. Amen dico vobis: Quandoqz tamen ac  
cipitur pro fiat. Unde in psalterio hieronymi dicitur. Di  
cet omnis populus amē amen. Ubi nos habem⁹ fiat fiat.

CAP.

XII.



Obsecro itaqz vos fratres per mise  
ricordiam dei: vt exhibeatis corpa  
vestra hostiam viuētē: sanctā  
deo placentem: rationabile obse  
quium vestrum. Et nolite confor  
mari huic seculo: sed renouamini in nouitate  
sensus vestri: vt probetis que sit voluntas dei  
bona et beneplacens et perfecta. Dico enim p  
gratiam que data est mihi omnibus qui sunt i  
ter vos: non plus sapere qz oportet sapere: sed  
sapere ad sobrietatem et vnicuiqz sicut deus  
diuisit mensuram fidei.

Postqz apostolus ostendit necessitatē virtutē et originem  
gratie: hic docet gratie vsum: qd p̄tinet ad instructionem  
moralē. Et circa hoc duo facit. P̄mo ponit doctrinā mo  
ralē in generali. Sc̄do specialr descendit ad quedā p̄cti  
laria p̄tinetia ad eos qbus scribit circa mediū. 15. capituli  
ibi. (Tertius sum aut̄ rē.) Circa primū duo facit. P̄mo  
docet vsum gratie q̄tum ad hoc qz sit homo perfect⁹. Se  
cūdo q̄tum ad hoc qz p̄fectus ip̄fectū sustineat. 14. cap.  
ibi. (Infirmū aut̄ rē.) Circa primū tria facit: P̄mo id  
cit ad p̄fectionē vite q̄tum ad sanctitatē quā homo fuat  
deo. Sc̄do q̄tum ad iusticiā quā qs exhibet p̄mo. 13. ca  
pi. ibi. (Omnis aia rē.) Tertio q̄tum ad puritatē quā ho  
mo cōseruat in seipso circa finē. 13. capituli ibi. (Et b̄ sci  
tes rē.) Circa primū duo facit. P̄mo monet vt homo se  
exhibeat deo sc̄tm. Sc̄do docet qualiter aliqz vti debeat  
donis gratie dei qbus sanctificat̄ ibi. (Dico enim p gra  
tiā rē.) Circa primū duo facit. P̄mo docet qualiter ali  
quis se debeat exhibere deo q̄tum ad corpus. Sc̄do q̄tum  
ad aiam ibi. (Et nolite p̄formari rē.) Circa primū duo fa  
cit. P̄mo inducit obseruantia eoz qz docent: et hoc dupli  
citer. Uno qdē mō ex pte sui ipsi⁹ cū dicit. Obsecro itaqz  
vos fratres. Quasi dicat dictū ē incōprehēnsibilia esse iudi  
cia dei: et̄ inuestigabiles vias eius. Itaqz obsecro vos fra  
tres: vt. s̄. obseruetis ea qz dicent. Ut̄ aut obsecratiōe pp  
triaz. P̄mo qdē ad demonstrandū suā humilitatem pro  
uer. 18. Cū obsecratiōibus loquit̄ paup: qz. s̄. de sua abūdā  
tia nō p̄fidit: et̄ iō nō ex eo qd̄ sim⁹ ē: sed ex eo qd̄ dei est ho  
mines conat̄ inducere ad bonū. Nā obsecrari ē ob sacra  
p̄testari. Sc̄do vt magis ex amore moueat rogādo qz ex ti  
more auctoritate impando. Unde d̄r ad philēm. Multā  
fiduciā h̄ns in xpo iesu imperādo tibi qd̄ ad rez p̄tinet pp  
charitatē magis obsecro. Gal. vltimo. Vos qz spirituales  
estis huiusmodi instruite in sp̄i lenitatē. Tertio pp reuer  
entiā romanoz qbus scribebat. i. Thi. 5. Seniore ne cre  
paueris: sed obsecra vt p̄rem. Alio mō inducit eos ex pte  
dei cū dicit. Per misericordiā dei: p̄ quā. s̄. saluati estis. Tit.  
3. Sc̄dm misericordiā suā saluos nos fecit. Et iō ex p̄side  
ratiōe diuine misericordie debemus facere qd̄ monemur.  
Mat. 18. Nōne oportuit et te misereri p̄serui tui: sic et ego  
tui misertus sum. Vel p̄t dici p misericordiā dei. i. aucto  
ritate aplatus mihi misericorditer p̄missi p̄me corinth. 7.  
Misericordiā p̄secutus sum a d̄no vt sim fidelis. Secun  
do ponit ammonitiōnē cū dicit. Ut exhibeatis corpa ve  
stra rē. Circa qd̄ sciendū est qz sicut Aug. Dicit. io. de ciuit.  
dei. Visibile sacrificiū qd̄ exteri⁹ deo offeri signū ē inuisi  
bilis sacrificij quo qs se: et̄ sua in dei obsequiū exhibet. Na  
bet aut homo triplex bonū. P̄mo qdē bonū aie: qd̄ exhi  
bet deo p deuotiōis et̄ p̄tritiōis humilitates. s̄m illud. ps.  
Sacrificiū deo sp̄s p̄tribulat⁹. Sc̄do h̄z bō exteriora bo  
na ē. exhibet deo p elemosinaz largitiōnē. Uñ d̄r. be. vlt.

Beneficentiæ et cõionis nolite obliuisci: talib? .n. hostijs p̄meret̄ deus. Tertio h̄z homo bonũ p̄p̄riũ corporis: et q̄stũ ad hoc dicit̄ ibi. (Ut exhibeatis). s. deo corpora v̄ra: sicut q̄sdaz specialẽ hostiã. Dicebat̄ at̄ aial̄ deo imolatũ hostia vel q̄z p̄ victoria hostiũ offererat̄ seu p̄ securitate ab hostibus. Vel q̄z ad hostiũ tabernaculi imolabat̄. Exhibet aut̄ homo deo corpus suũ vt hostiã tripliciter. Uno ḡdez t̄mõ q̄n̄ aliqs corpus suũ exponit passioni et morti p̄p̄riũ deus: sicut d̄r de x̄po. Eph. 5. Tradidit̄ semetipsum oblationẽ et hostiã deo. Et ap̄lus dicit̄ d̄ se. p̄bil. 2. Si immolat̄ supra sacrificiũ et obsequiũ fidei vestre gaudeo. Sc̄do p̄ hoc q̄ homo corpus suũ ieiunys et vigilijs macerat̄: ad seruiẽdũ deo. s̄m̄ illud p̄me cor. 9. Castigo corpus meũ et in fuitutes redigo. Tertio p̄ hoc q̄ h̄o corpus suũ exhibet ad opa iusticie et diuini cultus exequẽda. supra. 6. Exhibete vestra m̄bra s̄uire iusticie et sanctificationẽ. ¶ Est at̄ p̄siderandũ q̄ hostia q̄ deo imolabat̄ quatuor habebat. Primo nãq̄ ipsa oblatio debebat esse itegra et incorrupta. Un̄ dicitur. Mal. 1. Maledictus dolosus q̄ habet in grege suo masculũ: et votũ faciens immolat̄ debile d̄no. Et p̄p̄riũ dicit. Uiuente: vt. s. hostia n̄ri corporis quas deo offerim? sit viues p̄ fidẽ formatã charitate. Gal. 2. Qū nũc viuo in carne: i. s̄i de viuo filij dei. Et est attendendũ q̄ m̄lis hostia q̄ prius viua erat occidebat̄ vt imolaret̄: ad ostẽdendũ q̄ adhuc mors regnabat in hoie regnãte pctõ: vt supra. 5. Dicitũ est: sed hec hostia spiritalis semp̄ uiuit et in vita p̄ficiat̄ s̄m̄ illud Jo. 10. Ego veni vt vitã habeãt et abũdantijs habeãt: q̄z iã peccatũ ablatũ ẽ p̄ x̄p̄s: nisi dicam? q̄ hostia corporis nostri vinit qdẽ deo p̄ iusticiã fidei: s̄z mortificat̄ cõcupiscẽtys carnis. Lol. 3. Mortificate m̄bra vestra: que sunt sup̄ terrã. Sc̄do vero hostia deo oblata in ipsa imolatione sanctificabat̄. Un̄ d̄r. Leuit. 22. Omnis homo q̄ accesserit de stirpe vestra ad ea q̄ p̄secrata sunt: et q̄ obtulerũt filij israel d̄no in quo ẽ imunditia: peribit corã d̄no. Et iõ subdit̄ (S̄cas). s. p̄ deuotionẽ: q̄ corpus nostrũ dei fuitio m̄cipat̄. Leuit. 20. Sanctificamini et estote sancti: q̄ ego dominus deus vester. Proprie aut̄ sanctitas d̄r p̄ respectus ad deũ: in q̄stus. s. homo seruat ea q̄ sunt iusta quo ad deũ. Tertio q̄stus ad ipsam sacrificij p̄sumptionẽ dicebat̄ sacrificium suaue et acceptum d̄no. s̄m̄ illud Leui. 1. Oblata oia adolebit sacerdos sup̄ altare in holocaustũ et in odore suauissimũ d̄no. Un̄ hic dicit. (Deo placentẽ). s. p̄ rectitudinẽ intentionis. ps. Ut placẽã corã deo in lumine viuẽtũ. Quarto in ipsa sacrificij p̄paratiõẽ apponebatur sal. Unde leuit. 2. Quicq̄ obtuleris sacrificij sale cõdies. Et Mar. 9. d̄r. Omnis victima sale saliet̄. Sal aut̄ discretione sapientie significat. Unde d̄r col. vlti. In sapientia ambulat̄ ad eos qui foris sunt: sermo vester semp̄ i grã sit sale conditus. Unde et hic sequitur. (Rõnabile obsequiũ v̄rũ). s. cũ discretiõẽ corpora vestra deo exhibeatis hostiã vel p̄ martiriũ vel p̄ abstinentiã: vel p̄ quocũq̄z opus iusticie. p̄me cor. 14. Omnia honeste: et s̄m̄ ordinẽ fiant in vobis. Et in ps. Honor regis iudiciũ diligit. Aliter se h̄z h̄o iust? ad interiores actus quibus deo obsequit̄ et ad exteriores. Nã bonũ hois et iusticia eius principaliter in interiorib? actibus p̄sistit: q̄bus. s. homo credit sperat et diligit. Un̄ dicit̄ Luc. 17. Regnũ dei intra vos est: non aut̄ p̄ncipaliter p̄sistit in exterioribus actibus. infra. 14. Nõ est regnũ dei esca et potus. Unde interiores actus se habent per modus finis q̄ s̄m̄ se q̄rif. exteriores vero actus ad quos deo corpora exhibent̄ se habent: sicut ea que sunt ad finẽ: in eo at̄ qd̄ querit̄ tãq̄z finis nulla mensura adhibet̄: sed q̄sto maius fuerit tãto melius se habet. In eo aut̄ qd̄ querit̄ p̄p̄riũ finẽ adhibet̄ mensura. s̄m̄ p̄portionẽ ad finẽ: sicut medic? sanitatẽ facit tantũ q̄stum potest: medicinã aut̄ nõ tantus

dat q̄stum p̄t̄: sed q̄stum videt̄ expedire ad sanitatẽ cõsequendã. Et similiter homo in fide in spe et i charitate nulla m̄surã debet adhibere: sed quãto plus credit sperat et diligit tanto melius ẽ: p̄p̄riũ qd̄ d̄r Deut. 6. Diliges d̄nũ deũ tuum et c. Sed in exteriorib? actibus est adhibẽda discretiõis m̄sura p̄ cõparatiõẽ ad charitatẽ. Unde dicit̄ Jer. 17. Nõne rõnalis homo dignitatẽ amittit: qui ieiuniũ vel vigiliã p̄fert sensus integritati: vt p̄p̄riũ psalmoz atq̄z officioz decantationẽ amẽtiẽ vel tristitiẽ q̄s notã incurrat. ¶ Deinde cũ dicit. (Et nolite p̄formari et c.). Nõdit qualiter se debeat homo exhibere deo q̄stum ad animã. Et primo p̄hibet seculi cõformitatẽ cũ dicit. Et nolite p̄formari huic seculo: id est rebus que tẽporaliter trãseunt. Nã seculum p̄sens est quedã mensura coz que tẽporaliter labuntur. Rebus aut̄ tpalibus h̄o p̄format̄ p̄ affectus eis amore inherẽdo. Osee. 19. Facti sunt abominabiles: sicut ea que dilexerunt. Ja. 1. Religio munda et immaculata hec est. imaculatũ se custodire ab hoc seculo. Lõformat̄ etiaz huic seculo q̄ vitã seculariter viuẽtũ imitatur. Ephe. 4. Testificor in domino: vt iã nõ amplius ambuletis: sicut et gentes ambulant. Sc̄do mandat interiorẽ m̄tis reformationẽ cũ dicit. S̄z reformamini in nouitate sensus vestri. Sensus aut̄ hominis hic dicit̄ ratio. s̄m̄ q̄ p̄ eã homo iudicat de agẽdis: hunc aut̄ sensum homo in sua creatione habuit integrũ et vigentẽ. Unde dicit̄ Ecc. 17. Senfitu impleuit corda illoz et bona et mala ostendit illis. Sed p̄ peccatũ hic sensus ẽ corruptus et quasi inueteratus. Baruch. 3. Inueterasti in terra aliena. Et p̄ cõsequẽs pulchritudinẽ et decorẽ suũ amisit. Tren. p̄. Egressus est a filia syon omnis decor eius. Monet ergo ap̄lus vt reformemur. i. iterato formã et decorẽ m̄tis assumamus que n̄ra m̄s habuit: qd̄ qd̄ sit p̄ grã sp̄s sancti ad quã p̄cipadã homo studiũ habere d̄z: ita. s. vt q̄ eã nondũ p̄ceperit eã p̄cipiat et q̄ illã p̄ceperit in ea p̄ficiat̄. Ephe. 4. Renouamini spiritu m̄tis v̄re. ps. Renouabit̄ vt aq̄le iuuent? tua. Ut aliter. Renouamini. s. i exterioribus actibus in nouitate sensus vestri. i. s̄m̄ nouitatẽ gr̄e quã mente p̄cepistis. Tertio assignat rõnez ammonitiõis predictẽ cũ dicit. (Ut p̄betis que sit voluntas dei). Circa qd̄ p̄siderandũ ẽ q̄ sicut homo q̄ h̄z gustũ infectũ nõ h̄z rectũ iudiciũ d̄ saporibus: sed ea que sunt suauia interdum abhominat̄: ea v̄o q̄ sunt abhominabilia appetit: q̄ aut̄ h̄z gustũ sanũ rectũ iudiciũ de saporibus h̄z: ita homo q̄ h̄z corruptũ affectũ quasi cõformatũ rebus secularibus nõ h̄z rectũ iudiciũ de bono: sed ille q̄ h̄z sanũ affectũ sensu eius innouato p̄ gratiaz rectũ iudiciũ h̄z d̄ bono: Ideo ergo dixit. (Nolite p̄formari huic seculo: sed renouamini in nouitate sensus vestri: vt p̄betis). i. exp̄imẽto coḡscatis. ps. Sustate et videte quĩ suauis ẽ d̄ns. (Que sit voluntas dei) qua. s. vult vos esse saluos. p̄me thes. 4. Nec est voluntas dei sanctificatio v̄ra. (bõa). i. vult bonũ honestũ nos velle: et ad b̄ suis p̄ceptis nos inducit. Mich. 6. Indicabo tibi o h̄o qd̄ sit bonũ: et qd̄ deus regrat a te. (Et beneplacens) in q̄stũ. s. b̄i disposito est delectabile id qd̄ de? vult nos velle. ps. Iusticie d̄ni recte letificãtes corda. Et nõ tantũ vtilis ad finẽ p̄sequẽdũ: sed ẽt p̄fecta quasi cõiungẽs nos fini. Mat. 5. Estote p̄fecti sicut et p̄r vester celestis p̄fectus ẽ. Hei. 17. Ambula corã me et esto p̄fectus. Talẽ ergo exp̄imẽt̄ dei voluntatem illi q̄ nõ cõformatur huic seculo: sed reformant̄ in nouitate sensus sui. Illi aut̄ q̄ in vetustate p̄manent seculo cõformati iudicat̄ dei voluntatẽ nõ esse bonã: s̄z grauez et inutilẽ. Ecc. 6. Quã aspera ẽ sapiẽtia in doctis hoibus. ¶ Deinde cũ dicit. (Dico. n. p̄ gratiã et c.). Docet qualr̄ donis dei h̄o habeat vti. Et primo docet hoc q̄stus ad dona q̄ non sunt oibus coia: sicut sunt gratie gratis date. Sc̄do

## Ad romanos

quod tunc ad donum charitatis quod est omnibus commune ibi. (Dilectio sine simulatione etc.) Circa primum duo facit. Primo docet in generali quomodo debeat homo uti gratias gratis datur. Secundo exegit hoc per partes ibi. (Sicut enim in uno corpore etc.) Circa primum tria facit. Primo excludit superfluum dicens. Non enim quod reformemini in nouitate sensus vestri: quod quidem moderate facere debetis. Dico enim in modo per gratiam apostolus et auctoritate apostolica que data est mihi. Gal. 2. Cum cognouissent gratiam que data est mihi inter gentes. Ephe. 3. Mihi omnium sanctorum minimo data est gratia hec etc. Quibus sunt inter vos: omnibus est hoc utile. primum corinthios. 7. Uolo omnes homines esse sicut me ipsum. Hoc inquam in modo. Non plus sapere quam oportet sapere. id est nullus presumat de sensu aut sapientia sua confidens supra suam mensuram. Ecc. 7. Non plus sapias quam necesse est. ps. Neque ambulauit in magnis neque in mirabilibus super me. Secundo hortatur ad id quod est medium dicens: sed sapere ad sobrietatem. id est in modo uobis ut mensurate sapiatis. secundum gratiam uobis data. Sobrietas enim mensuras importat. Et quis proprie dicat circa potum uini: potum tamen accipi circa quibuslibet materiis in qua homo debitam mensuram obseruat. Titus. 2. Sobrie et iuste et pie uiuamus in hoc seculo. Tertio docet secundum quid accipienda sit mensura medij dicens. Et hoc in quibus sicut deus unicuique dimisit. id est distribuit mensuram fidei. id est mensuram donorum suorum que ordinatur ad fidei edificationem. primum corinthios. 12. Unicuique datur manifestatio spiritus ad utilitates. Datur enim deus his dona non eadem omnibus: sed diuersa diuersis distribuit. secundum illud primum corinthios. 12. Diuisiones gratiarum sunt. Nec omnibus equaliter datur: sed unicuique secundum certam mensuram Ephe. 4. Unicuique numerum data est gratia. secundum mensuram donationis christi. Et ideo apostolus sobrie sapiens habet hanc mensuram dicebat. 2. corinthios. 12. Non autem in inmensum gloriamur: sed secundum mensuram regule qua mensus est nobis deus. Soli autem christo datur est spiritus non ad mensuram: ut dicitur Io. 3. Non solum autem ipsam fidem que per dilectionem operatur. Unde Luc. 17. Discipuli christo dixerunt. Domine adauge nobis fidem.

Lectio

II.

**S**icut enim in uno corpore multa membra habemus non omnia autem membra eundem actum habent: ita multi unum corpus sumus in christo: singuli autem alter alterius membra habentes donationes sed gratiam que data est uobis differetes. Siue prophetiam secundum rationem fidei. Siue ministerium in ministrando. Siue qui docet in doctrina. Qui exhortatur in exhortando. Qui tribuit in simplicitate. Qui preest in sollicitudine. Qui misertur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Qui diuites malum: adheretes bono. Charitate fraternitatis inuicem diligentes: honorem inuicem preuenientes. Sollicitudine non pigri: spiritu feruentes: domino seruietes. Spe gaudentes: in tribulatione patientes: orationi instantes. necessitatibus sanctorum communicantes: hospitalitatem sectantes.

Præmissa admonitio hic apertius rationes assignat: sumptam ex similitudine corporis mystici ad corpus naturale. Et primo in corpore naturali tangit tria. Primo quidem corporis unitatem cum dicit. (Sicut enim in uno corpore). Secundo membrorum pluralitatem cum dicit. (Multa membra habemus) Est enim corpus humanum organicum ex diuersitate membrorum constitutum.

Tertio officiorum diuersitate cum dicit. (Omnia autem membra non eundem actum habent). Frustra enim esset membrorum diuersitas nisi ad diuersos actus ordinarentur.

Deinde adaptat hec tria ad corpus christi mysticum quod est ecclesia. Ephe. 1. Ipsum dedit caput super omnem ecclesiam que est corpus eius. Circa quod et tria tangit. Primo quidem fidelium quasi membrorum multitudinem cum dicit. (Ita multi). Luc. 14. Homo quidam fecit cenam magnam: et uocauit multos. Esa. 54. Multi filij deserte. Quamuis enim sint pauci per comparationem ad infructuosam multitudinem. sed illud Mat. 7. Arta est uia que ducit ad uitam et pauci inueniunt eam: tamen absolute loquendo sunt multi. Apoc. 7. Post hec uidi turbam magnam quam dinumerare nemo poterat. Secundo tangit corporis mystici unitatem cum dicit. (Unum corpus sumus). Ephe. 2. Ut reconciliet amicos in uno corpore etc. Tunc autem corporis mystici et unitas spiritualis per quam fide et affectu charitatis inuicem unimur: et deo secundum illud Ephe. 4. Unum corpus et unus spiritus. Et quia spiritus unitatis a christo in nos deriuat. supra. 8. Si quis spiritum christi non habet hic non est eius. Ideo subdit in christo quod spiritum suum quem dat nobis non inuicem unum et deo. Io. 17. Ut sint unum in nobis sicut et nos unum sumus. Tertio tangit officiorum diuersitatem ad utilitatem eorum reductam dicens: (Singuli autem secundum membra alter alterius). Membrorum enim quodlibet proprium actum habet et uirtutem: in quantum ergo unum membrum sua uirtute et actu alteri prodest de membrorum alterius: sicut pes dicit membrum oculi in quantum oculum defert: et oculus de membrum pedis in quantum regit pedem. primum corinthios. 12. Non potest dicere oculus manui opera tua non indigeo. Ita et in corpore mystico ille qui accepit gratiam prophetie indiget illo qui accepit gratiam sanitatis: et ita est in omnibus alijs. Unde dicit unusquisque fidelis secundum gratiam sibi datam alteri seruit efficit alterius membrum. Gal. ultimo. Alter alterius onera portate. primum Petri. 4. Unusquisque sicut accepit gratiam in alterumque illam ministrates.

Deinde cum dicit. (Habentes autem donationes) exequitur per partes monitionem quam supra posuerat de sobrio et moderato gratie usu. Et primo ponit gratiarum diuersitatem dicens: sumus inquam alter alterius membra: non secundum eandem gratiam: sed habentes differetes non ex diuersitate merito: sed secundum gratias que data est nobis. primum corinthios. 7. Unusquisque proprium donum habet ex deo. unum quod est sic: alius uero sic. Mat. 25. Uocauit seruos suos et tradidit illis bona sua: et uni dedit quinque talenta: alij autem duo: alij uero unum. Secundo docet diuersarum gratiarum usum: et primo in rebus diuinis quantum ad cognitionem quod dicitur. Siue prophetia quam habentes utamur ea secundum rationem fidei. Dicitur autem prophetia quedam apparitio ex reuelatione diuina eorum que sunt precul. Unde i. reg. 9. dicit. Qui propheta hodie dicitur uocabatur olim uidentis. Sunt autem precul a cognitione nostra. secundum quod futura contingetia que propter defectum sui esse cognoscibilia non sunt: sed res diuine sunt precul a nostra cognitione: non secundum se cum sint maxime cognoscibiles: quia ut dicitur i. Io. 1. Deus lux est et tenebre in eo non sunt ullæ: sed pro defectum intellectus nostri quod se habet ad ea que sunt in seipsis manifestissima: sicut oculus noctue ad lucem. Et quia unumquodque magis dicitur tale: quod est secundum se tale quam secundum aliud. Inde est quod magis proprie dicuntur esse precul a cognitione nostra futura contingentia. Et propter hoc horum proprie est prophetia. Amos. 4. Non faciet dominus deus uerbum nisi reuelauerit secretum suum. Dicitur tamen prophetia contra etiam reuelatio quorundam occultorum. Doc autem donum prophetie: non solum fuit in ueteri testamento: sed etiam in nouo. Joelis. 2. Effundam de spiritu meo super omnem carnem: et prophetabunt filij uestri. Dicitur etiam propheta in nouo testamento qui prophetica dicta exponit: quia sacra scriptura eodem spiritu interpretatur quo est data. Ecc. 24. Adhuc doctrinas quasi prophetias

doctrina. 2. post  
epiam

effundam. Ordinatur aut prophetic donū: sicut et alie gratie gratis date ad fidei edificationē. p̄me corinth. 12. Unicuique dat manifestatio spūs ad vtilitatē. heb. 2. Cōfirmata est. s. doctrina fidei contestante deo signis et prodigijs et varijs virtutibus et spiritus sancti distributionibus. Et iō prophetia est vtendū. fm̄ rōnem fidei. i. nō in vanū: sed vt per hoc fides confirmetur: nō aut cōtra fidem. Unde dicit. Deut. 13. Si surrexerit in medio tui propheta et dixerit tibi eamus et sequamur deos alienos nō audies verba prophetic illius: q̄ scilicet prophetizat contra rationē fidei.

Quantū ad sacramenta ministrāda subdit. (Siue ministerium in ministrādo). i. si quis accepit gratiā vel officium ministerij: puta vt sit episcopus vel sacerdos: q̄ dicitur ministri dei. Esa. 6. Vos sacerdotes dñi vocabimini ministri dei nri dicit vobis: exequat illud diligēter exequēdo in ministrando. 2. Th. 4. Ministeriū tuū imple. Secundo tangit ea que pertinent ad res humanas in q̄b̄ pōt aligis alteri subuenire. Primo qdē q̄tum ad cognitiones vel speculatiuas vel practicā. Quātum ergo ad speculatiuā primo dicit. Siue q̄ docet. i. q̄ habet officij vel gratiā docendi vtaf̄ in doctrina. i. vt studiosē et fideliter doceat. Job. 4. Ecce docuisti plurimos. Mat. vltimo. Euntes docete oēs gentes. Quātum autem ad cognitionem practicā subdit. (Qui exhortat). i. q̄ h̄z officij vel gratiā exhortandi homines ad bonū vtaf̄ illo in exhortādo. p̄me thes. 2. Exhortatio nostra nō fuit de errore neq̄ de immūditia neq̄ in dolo. Tit. 2. Nec loquere et exhortare.

Deinde ponit ea que p̄tinent ad exteriora opera in q̄b̄ q̄nq̄ aliquis subuenit alicui aliquid donū dādo: et q̄tum ad hoc dicit. (Qui tribuit). i. qui h̄z facultates tribuēdi et gratiā exequat hoc in simplicitate: vt. s. nihil mali ex illo intendat quasi donis homines ad malū alliciēs. Vel etiā cū aliquis ex modico dato intendit multo maiora acquirere. Ecc. 20. Datus insipientis nō erit tibi vtilis: oculi. n. illius septemplexes sunt. Exigua dabit et multa improperabit. Et prouer. 11. Simplicitas iustoz diriget eos. Q̄nq̄ aut aliquis subuenit alteri eius curam habendo et q̄tum ad h̄ dicit. (Qui preest) id est qui est in prelacionis officio constitutus vtatur illo officio i sollicitudine. Heb. vltimo Obedite prepositis vestris et subiaccete eis. Ipsi. n. peruigilant quasi rōnem reddituri pro animabus vestris. scōe cor. 11. Sollicitudo oīm ecclesiaz. Q̄nq̄ autem subuenit aliquis alicui releuando eius miserā et q̄tum ad hoc dicit. (Qui miseret). i. qui habet facultatē et affectū miserendi exequat hoc i hilaritate quasi libet hoc faciēs. 2. cor. 9. Nō ex tristitia neq̄ ex necessitate. Dylarē. n. datozez diligit deus. Ecc. 7. In omni dato hilarē fac vultum tuū.

Deinde cuz dicit. (Dilectio sine simulatione etc.). Docet vsum doni gratuiti qd̄ est oibus cōmune. s. charitatis. Et primo ponit ea que pertinent ad charitatē i generali. Secundo ponit quedā specialiter p̄tinentia ad dilectionem quorūdam ibi. (Necessitatibus sanctorū etc.). Circa p̄m̄ tria facit. Primo ostendit qualis debeat esse dilectio ex parte diligentis. Secundo qualiter se debeat habere ad p̄m̄m̄ ibi. (Charitates fraternitatis etc.). Tertio qualiter se debeat habere ad deū. ibi. (Sollicitudine nō pigri). Circa qualitatem aut charitatis tria docet. Primo quidē qd̄ dilectio d̄ esse vera. Un̄ dicit. (Dilectio sine simulatione) vt. s. nō tū in verbo aut in exteriori apparētia: sed sit i vero cordis affectu: et efficacia operis. p̄me. Jo. 3. Nō diligamus verbo neq̄ lingua: sed opere et veritate. Ecc. 6. Amico fideli nulla est comparatio. Secundo docet qd̄ dilectio debet esse pura: cū dicit. (Odientes malū). Tunc enim ē pura dilectio q̄ homo nō p̄sentit amico suo in malū: sed ita diligit hominē: vt eius viciūz odiat. Unde dicit. p̄me

cor. 13. Nō gaudet super iniquitate cōgaudet aut veritati. ps. Iniquos odio habui. Tertio docet qd̄ dilectio debz cē honesta cū dicit. (Adherentes bono): vt scilicet aliquis adhereat alteri propter bonū virtutis. Gal. 4. Bonū aut emulamini in bono semp. Nec est pulchra dilectio d̄ qua dicit. Ecc. 24. Ego mater pulchre dilectionis.

Deinde cū dicit. (Charitatem fraternitatis). Ostendit q̄li ter charitas se debet habere ad proximū. Et primo q̄tum ad interiores affectū cū dicit. (Charitatem fraternitatis inuicē diligentes). Ut. s. nō solū fratres diligamus p̄ charitates: sed et diligamus ipsas charitates qua eos diligam: et ab eis diligimur. Sic enim si carā habemus charitates non de facili eā dissolui faciemus. Heb. vltimo. Charitas fraternitatis maneat in vobis. Cant. Ultimo. Si dederit homo oēm substantiā domus sue p̄ dilectione tanq̄ nihil despiciet illā. Secūdo q̄tum ad exteriorē effectū cum dicit. (Honore inuicē p̄ueniētes). In quo tria designatur: Primo quidē qd̄ homo p̄ximū in reuerētia debet habere quod pertinet ad rōnez honoris. Nullus enim potest vere diligere eū quē despicit. Phil. 2. Superiores inuicēz arbitantes. Quod quidē fit dum aliquis suū defectū cōsiderat et bonū proximi. In honore aut nō solum reuerentia intelligitur: sed etiaz necessarioz subuentio: sicut cum dicitur. Exo. 20. Honora patrē tuū et matrem tuā. precipiū necessarioz subuentio: sicut patet per hoc qd̄ dñs Mat. 5. Arguit phariseos cōtra hoc preceptum impediētes filios a subuentione parentū. Secūdo designatur qd̄ effect⁹ dilectionis debet mutuo exhiberi: vt scilicet homo nō soluz velit beneficia recipere: sed etiā exhibere. Ecc. 4. Nō sit porrecta manus tua ad accipiendū et ad dādū collecta. Et. 14. In diuisione sortis da et accipe. Et hoc designat cuz dicit. (Inuicē). Tertio designat qd̄ effect⁹ dilectionis d̄ esse promptus et veloc: qd̄ designatur cuz dicit. (P̄ueniētes) vt scilicet aliquis p̄ueniat amicū i beneficijs. Ecc. 37. Omnis amicus dicit: et ego amicitiam copulaui.

Deinde cū dicit. (Sollicitudine etc.). Ostendit qualiter se debeat habere dilectio charitatis ad deū. Et primo incipit ab ipsa rationis attētionē cuz dicit. Sollicitudine sitis nō pigri: scilicet ad seruiēdū deo. Mich. 6. Indicabo tibi o homo quid sit bonū et quid deus querat a te. Postea subdit. Sollicite ambulare cū deo tuo. 2. Th. 2. Sollicite cura te ipsum probabile exhibere deo. Secundo q̄tum ad effectū cuz dicit. (Spiritu sitis feruentes) sc̄z in dei dilectione. Proccedit autē seruo ex abundantia caloriz. Unde seruo spiritus dicitur: quia propter abundantia diuine dilectionis totus homo seruet in deū. Act. 18. dicit qd̄ apollo feruens spiritu loquebatur. p̄me thes. vltimo. Spiritus nolite extinguere. Tertio q̄tum ad exteriorē obsequiū cū dicit. (Domino seruiētes) scilicet seruitute latrice q̄ soli deo debetur. Deut. 6. Dñm deum tuū adorabis et illi soli seruiēs. ps. Seruite domino in timore. Vel fm̄ alias literam. Tempoz seruiētes vt scilicet dei seruitiū cōgruo tpe faciamus. Ecc. 8. Omni negotio tempus est et oportunitas. Quarto q̄tum ad mercedē seruitiū cū dicit. (Spogaudētes) scilicet mercedis: q̄ est dei fruitio. Ben. 15. Ego dñs merces tua magna niml. supra. 5. Gloriamur i spe glorie filioz dei. Facit aut spes hominē gaudētē rōne certitudinis: sed tamen affligit ratione dilationis. prouer. 13. Spes que differtur affligit animas. Quinto q̄tum ad difficultatem quā hō patit in dei seruitio. Un̄ subdit. (In tribulatiōe). s. quā pp̄ deū sustinetis sitis patientes. supra. 5. Tribulatio patientiā operat. Sexto q̄tum ad oia p̄dicta dicit. (Orationi instantes). in q̄ orationis assiduitas designatur. Luc. 18. Oportet semp orare et nunq̄ deficere scōe tbi. 5. Sine intermissione orate. per orationem enim

## Ad romanos

in nobis sollicitudo excitat: feruor accendit: ad dei seruitium incitatur: gaudium spei in nobis augetur et auxilium in tribulatione promeremur. ps. Ad dominum cum tribulatione clamauit et exaudiuit me.

**¶** Deinde cum dicit. (Necessitatibus sanctorum etc.) Determinat de charitate quantum ad speciales quasdam personas. Et primo quidem quantum ad indigentes. Secundo quantum ad inimicos ibi. (Benedicite persecutoribus vos). Circa primum duo facit. Primo inducit ad exhibenda beneficia charitatis indigentibus in uniuersali cum dicit. (Necessitatibus sanctorum communicantes). Ubi tria sunt notanda. Primo quidem quod eleemosine ex charitate sunt impendende indigentibus siue necessitate patientibus. Ephe. 4. Laboret operando manibus suis: quod bonum est: ut habeat unde tribuat necessitatem patienti. Secundo quod potius est subueniendum iustis quam alijs. Unde dicit. Necessitatibus sanctorum. Ec. 12. Da iusto et non recipias peccatorem. Quod quidem non sic est intelligendum quod etiam in necessitatibus sit peccatoribus subueniendum: sed quia non est eis subueniendum ad fomentum peccati: ut illius tamen est subuenire iustis: quia talis elemosina fructuosa est: non solum ex parte dantis: sed etiam ex suffragio recipientis. Luc. 16. Facite uobis amicos de mamona iniquitatis: ut cum defeceritis recipiant uos in eterna tabernacula scilicet suis suffragijs. Secundo in speciali admonet ad hospitalitatem dicens (hospitalitatem sectantes): quia. scilicet in hoc misericordie opere alia misericordie opera includuntur. Nam hospes non solum domum exhibet ad manendum: sed etiam alia necessaria subministrat. Heb. vlti. Hospitalitatem nolite obliuisci. prime. pe. 4. Hospitales inuicem sine murmuratione.

Lectio.

III.

**B**enedicite persecutoribus uos. Benedicite et nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus: flere cum flentibus. Ad ipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes: sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud uosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. prouidentes bona: non tantum coram deo: sed etiam coram omnibus hominibus. Si fieri potest quod ex uobis est: cum omnibus hominibus pacem habentes. Non uosmetipsos defendentes carissimi: sed date locum ire. Scriptum est enim. Adhibi uindictam: et ego retribuam dicit dominus. Sed si esurierit inimicus tuus: cibus illi: si sitit: potum da illi. Hoc. n. faciens carbonem ignis congeres super caput eius. Noli uinci a malo: sed uince in bono malo.

**¶** Supra ostendit qualiter charitas sit exhibenda indigentibus: nunc ostendit qualiter sit exhibenda et inimicis. Et primo ponit admonitionem. Secundo probat quod dixit ibi. (Scriptum est enim etc.). Circa primum considerandum est quod ad charitatem tria pertinent. Primo quidem benignitas: que consistit in hoc quod aliquis uelit bonum alteri et malum eius nolit. Secundo concordia que consistit in hoc quod amicorum sit idem nolle et uelle. Tertio beneficiencia que consistit in hoc quod aliquis beneficiat ei quem amat et eum non ledat. Primo ergo ponit ea que pertinent ad benignitatem. Secundo ea que pertinent ad concordiam ibi. (Gaudere cum gaudentibus). Tertio ea que pertinent ad beneficentiam ibi. (Nulli malum etc.). Circa primum duo facit. Primo monet ut benignitas sit ampla que se extendat et ad inimicos cum dicit. (Benedicite persecutoribus uos). Circa quod notandum est quod benedicere est bonum dicere. Contingit autem bonum dicere tripliciter.

Uno modo enunciando: puta cum quis bonum alterius laudat. Ecc. 31. Splendidus in panibus benedicent labia multorum et testimonium ueritatis illius fidele. Alio modo imperando: et sic benedicere per auctoritatem est proprium dei: cuius imperio bonum ad creaturas deriuat: ministerium autem pertinet ad ministros dei qui nomine domini super populum inuocant. Numeri. 6. Sic benedicetis filiis israel et dicetis eis. Et post. Inuocabunt nomen meum super filios israel et ego benedicam eis. Tertio benedicere aliquis optando. ps. Et non dixerunt qui peruebant benedictio domini super uos. Et secundum hoc benedicere est bonum alicui uelle: et quasi bonum per aliquo precari. Et hoc modo accipit hic. Unde in hoc quod dicitur benedicite persecutoribus uos. datur intelligi quod et ad inimicos et persecutores debemus esse benigni eis bona optando et per eis orando. Mat. 5. Diligite inimicos uestros et orate pro persecutoribus et calumniantibus uos. Quod autem hic dicitur: quodam quidem modo est in precepto: quodam autem modo est in consilio: quod enim aliquis in generali dilectionis affectu impedit inimicis non excludendo eos a communi dilectione proximorum: et a communi oratione: quam quis pro fidelibus facit pertinet ad necessitatem precepti. Similiter etiam quod aliquis in articulo necessitatis inimico dilectionis effectum particulariter impendat pertinet ad necessitatem precepti. Unde dicitur exo. 21. Si occurreris boui inimici tui aut asino erranti: reducatur eum. Sed quod aliquis in speciali dilectionis effectum et orationis suffragium aut qualescunque subuentiois beneficium exhibeat inimico in terditum etiam extra articulum manifeste necessitatis pertinet ad perfectionem consiliorum: quia per hoc ostenditur perfecta charitas ad deum: quod omne humanum odium superet. Ille autem qui pernitet et misericordiam petit iam non est inter inimicos aut persecutores computandus. Unde ei absque omni difficultate sunt charitatis indicia ostendenda. Ecc. 28. Relinque proximo tuo nocenti te: et tunc deprecanti tibi peccata soluentur. Secundo docet quod benignitas siue benedictio sit pura: id est absque permixtione contrarij. Unde dicit (Benedicite et nolite maledicere): id est ita benedicatis quod nullo modo maledicatis. Quod est contra quosdam qui ore benedicunt: et corde maledicunt. scilicet illud ps. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. Et etiam contra illos qui quandoque benedicunt quandoque maledicunt: uel quibusdam benedicunt quibusdam maledicunt. Jac. 3. Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet fratres mei hec ita fieri. ps. 3. Non reddentes maledictum pro maledicto. **¶** Sed videtur esse quod in sacra scriptura plures maledictiones inueniuntur. Dicitur enim Deut. 27. Maledictus qui non permanferit in sermonibus legis huius: nec eos opere perficit. **¶** Ad quod dicendum est quod maledicere est malum dicere: quod quidem tripliciter contingit: sicut et benedicere: scilicet annunciando imperando et optando: et secundum quodlibet horum modorum potest bene et male fieri. Si enim id quod est materialiter malum dicatur malum quolibet predictorum modorum sub ratione boni non est illicitum: quia hoc est magis benedicere quam maledicere: unumquodcumque enim magis iudicat secundum suam formam quam secundum suam materiam. Si uero aliquis dicat malum sub ratione mali formaliter maledicit. Unde est omnino illicitum. utrumque autem horum contingit in hoc quod aliquis enunciando malum profert. Quandoque enim aliquis enunciat malum alicuius ad notificandum necessariam ueritatem: et sic dicit malum sub ratione ueritatis quod est bonum: unde est licitum. Et hoc modo Job. 3. dicitur quod Job maledixit dei suo enuncians malitiam presentis uite: sicut apostolus dicit. Ephe. 5. Redimite tempus quoniam dies mali sunt. Quandoque autem aliquis enunciat malum alterius: scilicet intentione detrahendi. Et hoc est illicitum. Dicitur enim. prime corin. 6. Neque maledici neque rapaces regnum dei possidebunt. Sicut

liter etiā in eo q̄ quis dicit malum imperando. Dtingit au-  
tē quandoq; q̄ aliquis dicit id quod est materialiter ma-  
lum sub ratione boni: puta cū ex imperio alicuius proue-  
nit alicui malū pene pp̄ iusticiam: q̄d quidē ē licitū. Et B  
modo transgressiones legis maledicunt. i. pene fm̄ iusti-  
tiā deputantur. Quisq; v̄o aliquis imperando dicit malū  
alterius iniuste: puta propter odium ⁊ vindictas. Et talis  
maledictio est illicita. Exo. zi. Qui maledixerit patri vel  
matri morte moriat̄. Et id est etiā circa id quod aliq̄s di-  
cit malum optando. Si enī hoc optet sub ratione boni pu-  
ta vt per aduersitatē alicuius perueniatur ad spiritualem  
profectū: hoc licitum est. Job. 5. Uidi stultū firma radice  
⁊ maledixi pulchritudini eius statim. Si vero hoc homo  
faciat propter odium vel vindictā ē omnino illicitū. i. reg.  
i7. Maledixit philysteus David in diebus suis.

¶ Deinde cū dicit. (Haudere cum gaudētibus ⁊c.) Ponit  
ea que pertinent ad concordiam. Et primo ponit ⁊ cordie  
documenta. Secūdo remouet impedimenta ibi. (Non al-  
ta sapientes ⁊c.) Cōcordia autē potest dupliciter attendi.  
Uno modo q̄tum ad effectū in bonis ⁊ in malis. In bonis  
quidem: vt aliquis bonis alioꝝ congaudeat. Unde dicit.  
Haudere: scilicet debetis cum gaudētibus. Phil. 2. Hau-  
deo ⁊ congratulor omnibus vobis. Sed hoc est intelligē-  
dum: quādo quis gaudet de bono. Sunt autē quidā qui  
gaudent de malo fm̄ illud puer. ⁊. Letantur cum male-  
fecerint. Et istis nō est congaudēdū. prime cor. 13. dicitur  
de charitate: q̄ non gaudet super iniquitate: cōgaudet au-  
tem veritati. In malis autē vt aliquis tristē de malis alte-  
rius. Unde subdit. (Glere) scilicet debetis cū flentibus.  
Job. 30. Glerā quondā super eo qui afflictus erat. Ecc. 7.  
Nō desis plorantibus in cōsolatione: ⁊ cū lugentibus am-  
bula. Ipsa enim compassio amici ⁊ dolentis cōsolationem ī  
tristitū affert. Primo quidē q̄ ex B colligit̄ efficac̄ ami-  
citie argumentū. Ecc. 12. In malicia illius idest in infortu-  
nio amicus cognitus est. Et hoc ipsū ē delectabile cogite-  
re aliquē sibi esse v̄z amicū. Alio modo hoc ipso q̄ ami-  
cus condolet videtur se offerre ad simul portādum onus  
aduersitatis: q̄d tristitiam causat. Et quidē lenius porta-  
tur q̄d portatur a pluribus q̄ ab vno solo. Secūdo con-  
cordia consistit in vnitāte sententię: ⁊ q̄tum ad hoc dicit.  
(Idipsum). i. idē sitis inuicē sentientes: vt scilicet in eadē  
sententia cōueniatis. prime cor. 1. Sitis perfecti in eodem  
sensu ⁊ in eadem scientia. Phil. 2. eandem charitatem ha-  
bentes vnanimis: idipsum sentientes. Sciendū est tñ q̄  
duplex est sententia. Vna quidem que pertinet ad iudici-  
um intellectus circa speculabilia: puta circa cōsideratiōes  
geometricas vel naturales: dissentire autem in talib; non  
repugnat amicitie vel charitati: q̄ charitas in voluntate  
est: Vniūsmodi autē iudicia nō proueniunt ex voluntate:  
sed ex necessitate rationis. Alia vero sententia pertinet ad  
iudicium rationis circa agenda ⁊ in talibus dissensio ami-  
citie ⁊ rariatur: q̄ talis dissensio habet ⁊ rietatem volun-  
tatis: ⁊ q̄ fides nō solum est speculatiua: sed etiam practi-  
ca: in q̄tum p̄ dilectionem operat̄: vt d̄r̄ Gal. 5. Ideo etiā  
dissentire a recta fide est cōtrarium charitati.

¶ Deinde cū dicit. (Nō alta sapiētes ⁊c.) Excludit impe-  
dimenta cōcordie: que quidē sunt duo. Primū est supbia  
ex qua cōtingit q̄ dum aliquis inordinate suā excellentiā  
querit ⁊ subiectionē refugit: vult alius subyeci ⁊ eius excel-  
lentiā impedire. Et ex hoc sequitur discordia puer. 13. In-  
ter superbos semp̄ iurgia sunt. Et ideo ad hoc remouēdū  
dicit. Nō sitis alta sapientes: vt scilicet inordinate vestrā  
excellentiā appetatis. supra. ii. Noli altū sapere: sed time.  
Ecc. 3. Altiora te ne quesieris. Sed sitis consentientes hu-  
milibus. i. bis que sunt humilia: idest ea que abiecta vidē-

tur nō recusatis cū oportuerit. ps. Elegi abiectus eē in do-  
mo dei mei. p̄me Pe. vltimo. Dominus superbis resistit:  
humilibus autem dat gratiā. Secūdu impedimentū cō-  
cordie est presumptio sapientię: ex qua cōtingit q̄ aliquis  
alioꝝ sententię nō credit. Ad q̄d remouendū dicit. (No-  
lite esse prudētes apud vosmetipsos): vt scilicet iudicetis  
solum id esse prudētię quod vobis videtur. Esa. 5. Ue qui  
sapientes estis in oculis vestris ⁊ corā vobismetipsis pru-  
dentes. supra. ii. Ut nō sitis vobismetipsis sapientes.

¶ Deinde cum dicit. (Nulli malū pro malo ⁊c.) docet il-  
la que pertinent ad beneficiā excludendo contrariū.  
Et primo docet q̄ nō sit alicui malefaciendū ratione vin-  
dicte. Secūdo docet q̄ nō sit alicui malefaciendū rōne  
defensionis ibi. (Nō vosmetipsos defendētes). Circa p̄-  
mū tria facit. Primo prohibet vindictā dicēs. (Nulli ma-  
lū pro malo reddētes). i. sitis. ps. Si reddidi retribuētib;  
mibi mala. p̄me Pe. 3. Nō reddentes malū pro malo. S; hoc  
est intelligendū formaliter: sicut supra dictū est de  
maledicto: prohibemur enim affectu odij vl̄ vindicte red-  
dere malū pro malo: ita q̄ in malo alterius delectemur.  
Sed si p̄ malo culpe: q̄d quis facit reddat iudex malū pe-  
ne fm̄ iusticiam ad compensandā malitiam: materialiter  
quidē infert malū: sed formaliter ⁊ per se infert bonū.  
Unde cū iudex suspendit latronē pro homicidio non red-  
dit malū pro malo: sed magis bonum pro malo. Et B mo-  
do apostolus quēdam pro peccato incestus tradidit satha-  
ne in interitum carnis: vt spiritus saluus fiat: vt habet. p̄  
cor. 5. Secūdo docet q̄ et bona sint proximis exhibenda di-  
cēs. Prouidentes scilicet sitis bona nō tantū corā deo: vt  
scilicet curetis satisfacere conscientie vestre corā deo: sed  
etiam coram omnibus hoibus: vt scilicet ea faciatis q̄ ho-  
minibus placeant. prime cor. 10. Sine offensione estote in  
deis ⁊ gentibus ⁊ ecclesie dei: sicut ⁊ ego per omnia omni-  
bus placeo. prime cor. 13. Prouidentes bona nō solum cor-  
ram deo: sed etiā coram omnibus hominibus. Hoc tamē  
p̄tingit ⁊ bene ⁊ male fieri: si enim hoc fiat propter pauorē  
humanū nō bñ agitur. Mat. 6. Attēdite ne iustitiā vestrā  
faciatis coram hominibus: vt videamini ab eis. Si autē  
hoc fiat ad gloriā dei bñ agitur. fm̄ illud. Mat. 5. Sic lu-  
ceat lux vestra coram hominibus: vt videant opa vestra  
bona: ⁊ glorificent patrē vestrum qui in celis ē. Tertio as-  
signat rationem vtriusq; dictorum. Ad hoc enim debem;  
abstinere a retributione malorum: ⁊ corā hominibus bo-  
na prouidere: vt cum hominibus paces habeamus: ⁊ ideo  
subdit. Cum omnibus hominibus paces habentes. Deb;  
vltimo. Pacem sequimini cum omnibus. Sed hic addit  
duo: quorum primū est q̄d dicit. (Si fieri potest). Quan-  
doq; enim malitia aliorum impedit ne cum eis pacem ha-  
bere possimus: quia scilicet cum eis pax haberi nō potest:  
nisi eorum malitię consentiatur: quā quidē paces constat  
esse illicitā. Unde dñs dicit. Mat. 10. Nō veni pacē mitte-  
re: sed gladiū. Aliud autē addit dicēs. Quod ex vobis est:  
vt scilicet ⁊ si ipsi contra pacem agant: tamen q̄d in nobis  
est facere nos debemus: vt eorum pacem queramus. ps.  
Cum his qui oderunt pacem eram pacificus. Et alibi In-  
quire pacem ⁊ perseguere eam.

¶ Deinde cum dicit. (Nō vosmetipsos defendentes ⁊c.)  
Ostendit q̄ nō sunt mala proximis inferenda per modū  
defensionis. Et primo ponit documentum dicēs. Nō si-  
tis vosmetipsos defendētes o charissimi: sicut ⁊ de xpo di-  
citur. Esa. 50. Dedi corpus meum percutientibus ⁊ genas  
meas vellentibus. ⁊ 53. Quasi agnus coram tondente se  
obmutuit ⁊ cetera. Unde ⁊ ipse dominus mandauit. Ma-  
the. 5. Si quis te percussit in vna maxilla prebe ei  
etiam alteram. Sed sicut Augustinus dicit in libro cōtra



## Ad romanos

medacium. Ea que in nouo testamēto a sanctis facta sunt valent ad exēpla intelligendaz scripturaz que in pceptis data sunt. Ipse autē dñs cū alapa percussus esset: nō ait: ecce altera maxilla: sed si male locutus sum testimoniu pbihe de malo. Sin autē bñ quid me cedis: Ubi oñdit pparatio: nē alterius maxille in corde eē faciendā. Paratus. n. fuit dñs nō solū in altera cedi p salute hominis: sed in toto cor pore crucifigi. Et sicut Aug. dicit ad marcellinū: tūc qdem hoc mandatū recte fit cū ei credit̄ pfectuz esse pp que fit ad aprandā in eo correctionē atq; p cordiā: etiā si alius exi tus cōsequat̄. Sunt igit̄ ista pcepta paciētie semp i cordis preparatiōe retinenda: et ipsa beniuolentia ne reddat̄ malū p malo semp in voluntate complenda est. Agēda sunt autē multa et cū inuitis benigna qdā aspirate plectēdis. **C** Scōo assignat rationē cū dicit. (Sed date locū ire). i. diuino iudicio. Quasi diceret cōmittatis vos deo q suo iudicio pōt vos defendere et vindicare. fm illud p̄me. pe. vl timo. Dēm sollicitudinē vestrā proyiciēs in eum: qm̄ ipi cura est de vobis. Sed hec intelligenda sunt in casu i quo nobis nō adest facultas aliter faciendi fm iusticiam: s; qz vt d̄ Deut. p̄mo. Domini est iudiciū: cū aliqs auctoritate iudicis: vel vindictā querit ad comprimendā maliciā: et nō ppter odium: vel et cū auctoritate alicuius superioris suam defensionē procurat: intelligit̄ locum dare ire: id est diuino iudicio: cuius ministri sunt principes: vt d̄ ifra. 13. Unde etiam Paulus procurauit se per armatos defendi contra insidias iudeorum: vt patet Act. 23.

**C** Deinde cū dicit. (Sicut scriptū est rē.) Probat qd̄ dixerat: et primo per auctoritatem. Secundo per rationē ibi. (Noli vinci a malo rē.) Circa primū duo facit. Primo pbat qd̄ dictū est: de prohibitione vindicte dicens. dictū ē. Date locum ire. i. diuino iudicio. Scriptus est. n. Deut. 32. Mibi vindictaz. s. seruate: et ego retribuā dicit dominus. Nostra littera sic habet. Nea ē vltio et ego retribuā eis i tpe. ps. Deus vltionū dominus. Naum. i. De emulatoz et vlciscens dominus. Secundo probat p auctoritatē qd̄ dictū est de beniuolentia exhibenda inimicis. In qua quidē auctoritate primo ponit documentū: vt subueniamus inimicis in articulo necessitatis: qz hoc est de necessitate pcepti: vt supra dictū est. Et hoc est qd̄ dicit. Sed si esurierit inimicus tu? ciba illū: si sitit potū da illi. Math. 5. Benefacite his q oderunt vos. Scōo rōnem assignat dicens. Doc. n. faciēs carbonēs ignis cōgeres sup caput eius. Qd̄ quidez vno mō potest intelligi i malū: vt sit sensus: si tu ei benefacias bonū tuū vertet̄ ei in malū: qz ex hoc incurret combustionē ignis eterni p. suā ingratitudinē: sed iste sensus repugnat charitati: cōtra quā ageret q alicui subueniret: vt ei proueniret in malū. Et ideo est exponendū in bonū: vt sit sensus. Doc enim faciēs. i. in necessitate ei subueniens carbonēs ignis. i. amorē charitatis de qua dicit̄. Lan. 8. Lampades eius vt lampades ignis atq; flāmarū: cōgeres id est cōgregabis super caput. i. sup mentē eius: qz vt Aug. dicit in libro de carhezizandis rudib?: nulla ē maior puocatio ad amādū q̄ puenire amando. Nimis. n. durus aius q dilectionē et si nolebat ipēdere nolit repēdere.

**C** Deinde cū dicit. (Noli vinci a malo rē.) Probat qd̄ dixit p rōnem. Naturale est enim homini: vt velit aduersarium vincere et nō vinci ab eo. Illud autē ab aliquo vincit̄ qd̄ ad illud trahitur sicut aqua vincit̄ ab igne quando trahitur ad calorem ignis. Si ergo bonus aliqs homo ppter malum qd̄ sibi ab aliquo inferit trahatur ad hoc qd̄ ei malefaciat: bonum a malo vinceret̄. Si autē e contrario ppter beneficiū qd̄ bonus persecutori exhibet eum ad suū amorem trahat bonus malum vincit. Sic ergo. Noli vinci a malo. s. eius q te psequit̄: vt tu eum psequaris: sed i bo-

no tuo vince malum illius: vt. s. ei benefaciendo eum trahas. i. Jo. vltimo. Nec ē victoria q vincit malū fides nra: Jere. 15. Ipsi auertent ad te: et tu nō auerteris ad eos.

CAPIT.

XIII.



**O**mnis anima potestatib⁹ sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi a deo. Que autē sūt a deo ordinata sunt. Itaq; qui resistit potestati: dei ordinatiōi resistit. Qui autē resistunt: ipsi sibi dānationē acquirūt. Nā principes nō sunt timori boni operis: sed mali. Vis autē non timere potestatem? Bonus fac et habebis laudem ex illa. Dei. n. minister est tibi in bonum. Si autē malum feceris: time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est vindex in iram ei qui malus agit. Itaq; necessitati subditi estote: non soluz propter irā: sed etiam propter conscientiam. Ideo enim et tributa p̄statis. Ministri enim dei sunt in hoc ipsum seruiētes. Reddite ergo omnibus debita. Cui tributū: tributū: cui vectigal: vectigal: cui timorē: timorē: cui honorem: honorem.

**C** Postq; apostolus ostendit qualiter se debeat homo exhibere deo vtendo donis gratie eius: hic ostendit quomodo debeat se exhibere proximo. et primo quantum ad superiores. scōo q̄tum ad omnes ibi. (Nemini quicq; debeatis rē.) Circa primū duo facit. Primo iudicat homines ad subiectionē quā debent superiorib⁹. Scōo ad exhibendū subiectionis signū ibi. (Ideo et tributa p̄statis rē.) Circa primū duo facit. Primo proponit documentū. Scōo rōnes assignat ibi. (Nō enim est potestas rē.) Tertio infert conclusionē intentā ibi. (Ideo q; rē.) Circa primū considerandum est q; quidā fideles in p̄mitiua ecclesia dicebant: terrenis p̄tibus se subyci nō debere pp libertatē quā cōsecuti erant a xpo. fm illud Jo. 8. Si filius uos liberauerit vere liberi eritis. Sed libertas p xpm cōcessa est libertas spiritus: qua liberamur a peccato et morte: sicut supra. 8. dictū est. Lex spūs in xpo iesu liberauit me a lege peccati et mortis. Caro autē adhuc remanet seruituti obnoxia: sicut supra. 7. dictū est. Et ideo tunc nulli subiectioni hō p xpm liberat⁹ erit obnoxio nec spūali. s. nec carnali. Unde d̄ p̄. cor. 15. Lum tradiderit christus regnum deo et patri et euacuauerit oēm principatū et potestatem. Interim autem duz corruptibile carnē gerimus oportet nos dñis carnalibus subiacere. Unde d̄ Eph. 6. Serui obedite dñis carnalib⁹. Et hoc est etiaz qd̄ hic apostolus dicit. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Potestates autē sublimiores hic dicunt̄ homines in potestatibus constituti q; bus. s; iusticie ordinem subyci debemus. i. pe. 2. Subditi estote omne humane creature pp deum siue regi quasi precellenti. Dicit autē indefinite potestatibus sublimioribus: vt ratione sublimitatis officij eis subyciamur etiaz si sint mali. Unde. i. pe. 2. subditur. Subiecti estote nō tantū bonis et modestis: sed et discolis. Qz autē dicit̄ ois aia p sinodochen intelligitur ois homo. sicut et Hei. 17. Delebitur aia illa de populo suo. Utit̄ autē hoc modo loquēdi: qz subiectionē superioribus debem⁹ ex animo. i. ex pura voluntate. fm illud Eph. 6. Nō ad oculū fientes q̄si hoib⁹ placentes: sed ex animo cum bona voluntate.

**C** Deinde cū dicit. (Nō ē. n. p̄tās rē.) Pōit rōnem admōitiōis

premissis. Primo quidem ex parte honesti. Secundo ex parte necessary ibi. (Qui autem resistit etc.) Circa primum duo facit. Primo primum duo principia. Secundo ex eis concludit ibi. (Itaque qui resistit etc.) Primo. n. primum originem potestatis dicens. Non enim potestas nisi a deo. Quicquid. n. contra de deo et creaturis dicitur a deo in creaturas derivatur: sicut patet de sapientia. Ecc. i. Omnis sapientia a domino deo est. Potestas autem de deo et hominibus dicitur Job. 36. Deus potestates non auerit cum et ipse sit potes. Unde patet est quod humana potestas sit a deo. Dan. 4. Domini. b. excelsus in regno hominum: et cuiusque voluerit dabit illi. Jo. 19. Non haberes potestatem aduersum me ullam nisi datum esset tibi desuper. (Sed hoc esse videtur quod dicitur Osee. 8. Ipsi regnarunt: et non ex me: principes extiterunt et non cognoui. Ad quod dicendum est quod regia potestas vel cuiuscumque alterius dignitatis potestati considerari potest ad tria. Uno quidem modo quantum ad ipsam potestatem. Et sic est a deo per quem reges regnant. Alio modo potestati considerari potest ad modum adipiscendi potestatem: et sic quicquid potestas est a deo: quia. s. alius ordinate potestatem adipiscitur secundum illud. Heb. 5. Nemo sibi honorem assumit: sed qui vocatur a deo tanquam Aaron. Quicquid vero non est a deo: sed ex pueris hominum appetitu et ambitione: vel quocumque alio illicito modo potestatem adipiscitur. Amos. 6. Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua. Tertio modo potestati considerari potest ad usum ipsius: et sic quicquid est a deo: puta cum aliquis. secundum precepta diuine iusticie vitat excessa sibi potestate. secundum illud. puer. 8. Per me reges regnant etc. Quicquid autem non est a deo: puta cum aliquis potestati sibi data vitat in diuina iusticia. Et illud ps. Assiterunt reges terre et principes conuenerunt in unum aduersus dominum etc. (Dubitatur et de potestate peccandi videtur sit a deo. Ad quod dicendum est quod ipsa potentia qua peccat a deo est. Eadem. n. potestas est qua peccat et recte agit: sed quod in bonum ordinatur a deo est quod autem ordinatur ad peccandum est ex defectu creature in quantum est ex nihilo. (Secundo ponit quod ea que sunt a deo ordinata sunt cuius ratio est: quia deus omnia per suam sapientiam fecit. secundum illud ps. Omnia in sapientia fecisti. Est autem proprium sapientie ordinare omnia disponere. Sap. 8. Attingit a fine usque ad finem fortiter et disponit omnia suaviter: et in omni effectus diuinos ordinatos esse. Job. 38. Nunquid nostri ordines celi et ponas rationes eius in terra? Dupliciter autem ordinat deus in suis effectibus instituit. Unum quidem quo omnia ordinantur in ipsius puer. 16. vniuersa propter semetipsas operatus est deus. Alium vero quo effectus diuini ordinantur ad inuicem sicut dicitur Deut. 4. De sole et luna et stellis que fecit ea in ministerium cunctis gentibus.

Deinde cum dicit. (Itaque qui resistit etc.) Ex duabus premissis concludit propositum. Si enim potestas principum a deo est et nihil est a deo sine ordine. patet est quod etiam ordo quo inferiores potestatibus superioribus subiciuntur sit a deo. Itaque qui contra hunc ordinem resistit potestati dei ordinationi resistit. per Reg. 8. Non te abiecerunt sed me ne regnes super eos. Luc. 10. Qui vos spernit me spernit. Resistere autem diuine ordinationi contra honestam virtutem. Unde in virtute agit: quicquid potestati resistit in eo quod pertinet ad ordinem sue potestatis.

Deinde cum dicit. (Qui autem resistit etc.) Ostendit hoc subiectio nem non solum esse honestam: sed necessariam. Et primo proponit quod intendit. Secundo probat propositum ibi. (Nam principes etc.) Dicit ergo primo. Dicitur est quod qui resistit potestati dei ordinationi resistit: quod quidem secundum se est vitandum tanquam contra virtutem. Multi tamen sunt qui amore virtutis non habentes ea que sunt contra virtutem non detestantur. Unde tales cogendi sunt ad vitandam malorum penas quantum ad hoc subdit. Qui autem resistit. s. diuine ordinationi sibi donationem accipiunt in potestatis ordinem agendo. Quod quidem potestati intelligi vno modo de donatione eterna quam merentur qui potestatibus subiciuntur in eo quod debent. In cuius exemplum Dathan et Abiron qui Moysi et

Aaron resisterunt sunt a terra absorpti: ut habetur Numeri. 16. Alio modo potestati intelligi de donatione pene: que per ipsos principes inferri poterit. 20. Sicut rugit leonis ita et terror regis qui puocat eum peccant in aiaz sua. (Sed hoc videtur esse quod apostoli et martyres principibus et potestatibus resisterunt: et ex hoc non donationem a deo: sed primum accipierunt. Sed dicendum est quod apostoli hic loquuntur de deo qui resistit potestati. secundum quod est a deo ordinata. Unde autem hoc diuina ordinatio: ut potestati inferiori non obediat in superioribus: sicut et in rebus humanis: ut procul non obediat imperatori: nec balio regi. Et vis potestas humana sub potestate dei ordinatur et nulli potestati humane est deum obediendum. secundum illud act. 4. Oportet obedire magis deo quam hominibus.

Deinde cum dicit. (Nam principes etc.) Assignat rationes eius quod dixerat. Et primo ponit rationem: scilicet ex ratione posita quodam utile documentum trahit ibi. (Vis autem non timere potestatem etc.) Tertio huius documentum necessitate assignat ibi. (Si autem malefeceris etc.) Dicit ergo primo dictum est quod qui resistit potestati sibi donationem accipiunt. Nam principes qui hic potestatem dicunt non sunt timori. i. in timore boni operis. i. propter bonum opus: sed mali. i. propter malum. Quod quidem videtur esse intelligendum secundum eam instituendi principes. Ad hoc. n. sunt instituti principes ut illi qui amore virtutis non puocantur ad vitandum malum et faciendum bonum cogantur ad hoc timore pene. propter. 2. Rex qui sedet in solio iudicij dissipat omne malum intuitu suo. Et secundum hoc dicitur quod principes non sunt timori boni operis: sed mali quantum ad id quod principi ex officio competit: sicut et Esa. 32. Dicitur. Princeps ea que sunt digna principis cogitabit: potestatem autem hoc referri etiam ad malos principes qui non sunt timori boni operis: sed mali: quia et si interdum iniuste persequuntur bene operantes: non tamen illi qui bene operantur causas habent timendi: quia hoc ipsi si patienter sustinent in eorum bonum cedit. secundum illud. i. Pe. 3. Si quid patimini propter iusticiam beati: timorem autem eorum ne timueritis: ut non turbemini. Ex hoc autem quod hic dicitur assignari patet ratio quare qui potestati resistunt sibi damnationem acquirant siue intelligatur de damnatione punitionis qua principes rebelles puniunt: siue de donatione qua homines puniuntur a deo. Si enim principes sunt timori mali operis consequens est quod si aliquis potestati resistat male operetur: et ita ipse homo male agendo est sibi causa punitionis temporalis et eterne.

Deinde cum dicit. (Vis autem non timere etc.) Ex eo quod dixerat quoddam utile documentum tradit. s. vitandi timorem principum. Et primo insinuat sua interrogatione hoc esse desiderabile dicens. Vis non timere potestates. Quasi dicat: hoc debet homini esse placitum. propter. 20. Sicut fremitus leonis: ita et terror regis. Secundo docet medium ad hoc perueniendi dicens. Bonum fac: quia videtur dicitur propter. 16. Voluntas regum labia iusta. Et in ps. Ambulans in via immaculata hic mihi ministrabat. Tertio ostendit huius effectum dicens: et si benefeceris non solum timore vitabis: sed etiam habebis laudem ex illa. s. potestate: quod planum est si accipiatur. secundum finem ad quem institute sunt potestates. Ad hoc enim institute sunt: ut non solum a malis timore penarum retrahantur: sed etiam ut ad bonum et premia alliciantur secundum illud. i. Pe. 2. Siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum laudes vero bonorum. Verificat hoc etiam de malis principibus quorum iniustam persecutionem dum boni patienter sustinent laudantur. Jac. 5. Ecce beatificamus eos qui sustinuerunt. Quarta rationem assignat dicens. Dei enim minister est tibi in bonum. Quod quidem manifeste patet quantum ad debitum ordinem principum. Sunt enim sub regimine dei quasi subpremi principis tanquam ministri ordinati. Sap. 6. Lu essetis ministri

## Ad romanos

regis illius etc. Ad idē autē tēdit minister et dñs. Ecc. 10. Se cū dū iudicē ppli sic et ministri eius. Et idē sicut de opat in bonis his q bonū agūt: ita et pncipes si recte misteriu suū impleāt. Et mali pncipes dei ministri sunt. fm ordinatōne dei ad iferendas penas: hōc sit pter intētū eoz. Et illō Esa. 10. Assur virga furoris mei: et bacculus ipse ē. Ipse autē nō sic arbitrabitur. Et Jere. 25. Assumā vniuersas cognationē aglonis: et Nabuchodonosor regē babilōis seruū meū: et adducā eos sup terrā istā. Et qz tales mali pncipes interdū deo pmittente bonos affligunt: qd in bonis eoz cedit fm illud. s. 8. Diligentibus deum etc.

Deinde cū dicit. (Si autē male etc.) Ostēdit necessitatē pmissi documēti. Dicitū ē enī q beneficiēdo nō timebis potestātē: si autē malefeceris time: qz cām timoris habes. puer. 10. Pauor his q opant malū. Sap. 17. Lū sit timida negcia data est in oīum pdenationem. Scdo assignat ratiōne dicēs. (Nō. n. sine cā gladiū portat). loqtur autē f3 sūetudinē pncipū q quasi in figura sue potestatis deferebant instrumēta puniendi: puta falcēs virgāz ad verberādū: et securēs vel gladios ad occidendū. Job. 19. Fugite a facie glady qm vltor inigtatū est gladius. Tertio rōnem expōit dicēs. (Portat inq gladiū: qz ē minister dei vindex). i. vindictā exercens (in irā) id est ad exequendam iram dei. i. iustum iudiciū eius (ei q malū agit) id est contra malefactorē. Ezech. 16. Ecce ego cōgregabo oēs amatores tuos et iudicabo te in iudicijs adulteroz: et dabo te i manus eoz etc. prouer. 16. Abhominabiles regi qui impie agūt: qm iusticia firmatur solū. Ex quo p3 q nō solū ē licitū: sed et meritoriu pncipibus: q zelo iusticie vindictam exercēt i malos. Unde dicit Ezech. 29. Erit merces exercitū illius et operi quo seruauit mibi aduersus eam.

Deinde cum dicit. (Ideoqz necessitate etc.) Infert conclusionē principaliter intentā dicens. Ideoqz propter pccatas rationes subditi estote voluntarie necessitati q vob iminet pcepto pncipum: vt faciatis de necessitate virtutem nō solū propter irā. i. vindictam vitandā quod ptenet ad scdam rōnem: sed etiā propter conscientiam bonā considerandam quod ptenet ad primā ratiōne: qz qui potestati resistit dei ordinationi resistit. Tit. 3. Amone illos pncipibus et potestatibus subditos esse.

Deinde cū dicit. (Ideo. n. et tributa prestatis etc.) Inducit homines ad exhibendū suis superioribus signū subiectionis. Et primo ponit signū subiectionis. Secūdo inducit ad eius exhibitionē ibi. (Reddite ergo etc.) Circa primū duo facit. Primo ponit subiectionis signū dicēs. (Jō enī) .s. qz debetis esse subiecti (et tributa pstat) id est p stare debetis in signis. s. subiectionis. Et ideo conquerendo dicit. Tresi. i. Princeps prouinciarum facta est sub tributo. Dicunt autem tributa ex eo q subditi dominis ea tribuūt. Secūdo assignat ratiōne dicēs. (Ministri enī sunt dei: et hoc ipsi) id est pro hoc ipso. s. tributo recipiēdo (seruientes) scz deo et populo. Quasi dicat. Unusquisqz de suo ministerio viuere debet. fm illud pme cor. 9. Quis pascit gregē et de lacte eius nō edit: Et ideo cū principes nostri suo regimine deo ministrent et populo: debēt tributa suscipere quasi stipendia sui ministerij: nō autē ita q debeant sibi cōputare pro premio. Propriū. n. premiū pncipis est laus et honor: vt phs dicit in. 5. Echi. Et cū hoc nō sufficit tyrānus fit. Sed hoc non ē intelligendū de laude humana solum vel honore: qz tale premiū esset vanū: sed de laude et honore diuino: qui pncipibus bene gubernātibus exhibet. Sap. 6. O reges populi diligite sapientiaz. Huiusmodi autē tributa recipiūt ad sustentationem: laborāt autē principes ad oīum paces. Unde dñ. z. Echi. z. Obsecro primū oīum fieri obsecrationes pro regibz et omni-

bus qui in sublimitate sunt constituti: vt quietam et tranquillā vitam agamus. Bar. 1. Orate p vita Nabuchodonosor regis babilonis: vt viuamus sub vmbra eius. Ab hō tamen debito liberi sunt clerici ex pncipio pncipū: qd quidem egates naturalē h3. Unde etiam apud gentiles liberi erant a tributis illi qui vacabant rebus diuinis. Legitur enim Hen. 47. O Joseph subiecit pharaoni totāz terrā egypti preter terrā sacerdotū que a rege tradita fuerat eis: quibz et statuta cibaria ex horreis publicis prebebant. Et infra dicitur q in vniuersa terra egypti qnta ps soluitur absqz terra sacerdotali que libera ab hac conditione fuit. Hoc autē omnino equū est: qz sicut reges sollicitudinem habent de bono publico in bonis temporalibz: ita ministri dei in spiritualibus: et sic per hoc q deo in spiritualibus ministrāt recompensant regi q pro pace eoz laborat. (S3 attendendū est cū tributa dicat regibus esse debita quasi laboris stipendiū: dupliciter peccare possunt pncipes accipiēdo tributa. Primo quidē si vtilitatem populi nō procurent: sed solū ad diripiēdū eoz bona intendant. Unde dicitur Ezech. 34. Lac comedebatis et lanis operiebamini: et qd crassum erat occidebatis: gregē autez meū nō pasciebatis. Alio modo ex hoc q violenter diripiunt supra statutā legē que est quasi quoddā pactū inter regem et populū et supra populi facultatē. Un dicit Mich. 3. Audite pncipes Jacob et duces domus israel. Et postea subdit. Qui violenter tollitis pelles eorum desuper eis: et carnes eorum desuper ossibus eorum.

nem ex dictis. Et primo conclusionem intentam ex eo quod in-  
diate dixerat dicens. Itaque ex quo christo flectet omne genu  
unusquisque nostrum pro se reddet rationem deo. scilicet ante tribunal christi  
Mat. 12. De omni verbo otioso quod locuti fuerit homines reddet  
deus rationem in die iudicii. Et. 18. Assimulatum est regnum celorum  
homini regi qui voluit rationem ponere cum servis suis. (Sed vi-  
de quod non quilibet pro se rationem reddet per se unus pro alio. Deb. ultio  
Obedite prepositis vestris et subiaccete eis. Ipsi. n. pervigi-  
lant quasi rationem reddaturi pro acribus vestris. Sed dicen-  
dum quod in hoc ipso quod prelati pro aliis rationem reddunt: reddunt  
rationem pro suis actibus quos circa subditos agere debuerunt.  
Si. n. fecerunt quod petebat eorum officio non eis imputabit si  
subditi pereant. Imputaret autem eis si negligenter facere quod  
eorum officium requirebat. Unde dicitur Eccl. 3. Si dicente me ad  
impium morie morieris: non annunciaris ei. Ipse in iniquitate  
sua morietur. sanguinem autem eius de manu tua requiram. Si au-  
tem tu annunciaris impio: ille non fuerit conuersus: ipse  
quidem in iniquitate sua morietur. tu autem animam tuam libera-  
sti. Secundo infert conclusionem principaliter intentam in tota preceden-  
ti parte dicens. Non ergo amplius inuicem iudicemus. scilicet teme-  
rario iudicio: quod includitur rationibus supradictis. i. cor. 4.  
Nolite ante tempus iudicare etc. **Lectio. II.**

**S**ed hinc iudicate magis ne ponatis offen-  
diculum fratri vel scandalum. Scio  
et confido in domino iesu. quia nihil  
commune per ipsum nisi ei qui existimat  
quid commune esse: illi commune est. Si  
enim propter cibum frater tuus contristatur iam  
non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo per-  
dere pro quo christus mortuus est. Non ergo blasphemetur  
bonum nostrum. Non est enim regnum  
dei escam et potus. sed iusticia et pax gaudium in  
spiritu sancto. Qui enim in hoc seruit christo:  
placet deo et probatus est hominibus. Itaque que  
pacis sunt sectemur: et que edificationis sunt in-  
uicem custodiamus. Noli propter escam de-  
struere opus dei.

Postquam apostolus prohibuit humana iudicia: hic prohibet  
scandalum proximo: et circa hoc tria facit. Primo proponit quod  
intendit. Secundo manifestat propositum ibi. (Si enim propter cibum etc.)  
Circum primum proponit tria. Primo. n. docet scandalum esse vitan-  
dum dicens. Dixi quod non iudicetis inuicem: sed unusquisque de suis  
actibus iudicare debet ne sint in scandalum aliorum et hoc est  
quod dicit. Sed hoc iudicate magis ne ponatis fratribus offen-  
diculum vel scandalum. Scandalum autem sicut dicit Hieronymus  
super Mat. notat offendiculum vel ruinam quam ipactione pe-  
dis possumus dicere. Unde scandalum est factum vel di-  
ctum minus rectum: prebens alicui occasionem ruine ad  
similitudinem lapidis ad quem in via positum homo impin-  
git et cadit. Maius autem aliquid videtur esse scandalum  
quam offendiculum. Nam offendiculum potest esse quicquid re-  
tinet seu retardat motum procedentis. scandalum autem. i.  
ipactio videtur esse cum aliquis disponitur ad casum. Non  
ergo debemus facti ponere offendiculum ut aliquid facia-  
mus unde impediatur proximus a via iusticie. Esa. 57. Aufer-  
te offendiculum de via populi mei. Neque etiam debemus  
facti ponere scandalum aliquid faciendum unde ipse inclinatur  
ad peccatum Mat. 18. Ne homini illi per quem scandalus  
venit. Secundo docet id ex quo scandalum probatur esse secundum  
suam naturam siue secundum se licitum. Circa quod sciendum est quod

sicut supra dictum est. apud romanos erant quidam ex iu-  
deis ad fidem conuersi qui cibos secundum leges discernebant. alij  
vero habentes fidem perfectam idifferenter omnibus cibis ute-  
bantur quod quidem secundum se licitum erat. Unde dicit. Scio et con-  
fido in domino iesu: quod nihil est commune per ipsum. Circa quod  
notandum est quod sicut dicit Hieronymus. super Mat. quod populus  
iudeorum partem dei se esse iactans. ceteros cibos vocat quibus  
omnes utuntur homines. verbi gratia suillam carnem. lepores  
et huiusmodi. Commune igitur quod ceteris hominibus: quod et quasi non  
ens de parte dei pro imundo appellatur. Ergo dicit. Ni-  
hil commune est id est ac si diceret nihil imundum est. Et  
hoc quidem apostolus primum dicit se scire quod ita est secundum  
naturam secundum illud. i. thi. 4. Omnis creatura dei bona  
et nihil reuiciendum quod cum gratiarum actione percipitur. Se-  
cundo dicit se confidere in christo iesu quod per ipsum nihil est  
ceterum: quod. scilicet. tibi secundum suam naturam nunquam fuerunt imundi: vita-  
bantur tamen aliquo tempore ut imundi secundum legis preceptum  
propter figuram: sed hoc christus remouit implendo omnes  
figuras. Et ideo apostolus per fiduciam quam habet in do-  
mino iesu asserit nihil esse commune vel imundum per ipsum  
id est ipso hoc faciente. act. 10. Quod deus purificauit tu ne  
imundum dixeris.

Tertio ostendit quomodo hoc posset esse per accidens illi-  
citurum: inquam. scilicet. est contra conscientiam mactuatis. Unde  
dicit. (dictum est quod nihil est commune.) Sed hoc intelligendum  
est nisi ei qui erronea conscientia estimat quid id est aliquid  
ceterorum esse. id est imundum illi esse est id est ita est illicitum  
sibi ac si esset secundum se imundum. Tit. 1. Omnia munda mundis  
coinquanatis autem et infidelibus nihil mundum est. sed  
inquinata est eorum mens et conscientia. Et sic apparet quod aliquid  
quod est secundum se licitum efficitur illicitum ei qui id contra suam  
conscientiam agit: scilicet conscientia sua sit erronea quod rationabiliter  
accidit. Nam actus iudicantur secundum voluntatem agentium  
voluntas autem mouetur a re apprehensa. Unde in id vo-  
luntas tendit quod ei vis apprehensa representat. et secundum hoc  
qualificatur vel specificatur actio. Si igitur ratio alicuius  
iudicet aliquid esse peccatum et voluntas feratur in id fa-  
ciendum: manifestum est quod homo habet voluntatem faci-  
endi peccatum: et ita actio eius exterior que informatur ex  
voluntate est peccatum. Et eadem ratione si aliquis estimet  
id quod est veniale peccatum esse mortale peccatum si hanc con-  
scientiam durante illud faciat: manifestum quod eligit peccare  
mortaliter: et ita actio eius propter suam electionem est peccatum  
mortale. Si tamen aliquis ex post facto habeat conscientiam erro-  
neam per quam credat id quod est licitum a se factum fuisse  
peccatum. vel quod est veniale fuisse mortale non propter hoc ef-  
ficatur id quod est prius vel peccatum vel mortale: quod voluntas  
et actio non informantur ex apprehensione sequenti sed ex preceden-  
ti. Nec autem que dicta sunt dubitatione non habent. Sed du-  
bium potest esse verum si aliquis habeat erroneam conscientiam  
ut credat esse necessarium ad salutem quod est peccatum mor-  
tale: puta si aliquis estimet se peccare mortaliter nisi furem  
vel fornicem. verum talis conscientia eum liget ita. scilicet. quod si contra con-  
scientiam agat mortaliter peccet. Et videtur quod non. primo quod lex  
dei quod prohibet fornicationem et furtum fortius ligat quam conscientia  
Secundo quod hoc posito est propter peccatum. peccaret. n. et fornicatio: et  
non fornicatio. Sed dicendum est quod etiam in per se malis consci-  
entia erronea ligat. In tamen enim conscientia ligat ut dictum est  
inquam. ex hoc quod aliquis contra conscientiam agit. sequitur  
quod habeat voluntatem peccandi. et ita si aliquis credat non for-  
nicari esse peccatum mortale dum eligit non fornicari eligit  
peccare mortaliter. et ita mortaliter peccat. Et ad hoc etiam  
facit quod dicit apostolus. Manifestum est enim quod discernere  
cibos non necessarium ad salutem erat illis: quia nec iudeis  
conuersis etiam ante diuulgationem euangelij licebat fer-

uare legalia spem ponēdo in eis quasi essent necessaria ad salutem vt aug. dicit. Et tñ aplūs h̄ dicit q̄ si quis habens cōscientiā cogentē discernere cibos q̄ est estimare aliqd eē cōe: r̄ nō discernit eos. s. abstinēdo ab eis peccat ac si mā ducaret imundum. Et ita etiā in p̄ se illicitis cōscientiā erro nea ligat. Nec obstat q̄ p̄mo obycif̄ de lege dei: q̄ idē est ligamē cōscientie etiā erronee: r̄ legis dei. Nō. n. cōscientia dicitur aliquid esse faciendū vel vitādū: nisi q̄ credit h̄ esse legem dei. Nō enī lex nostris actib⁹ applicat: nisi median te cōscientia nostra. Silt̄ etiā nec obstat q̄ sc̄do obycif̄. Ni hil enī p̄hibet aliq̄ esse p̄plexum aliquo supposito: licet nullus sit p̄plexus simpliciter. sicut sacerdos fornicari⁹ si ue celebret missam siue nō celebret qñ debz ex officio pec cat mortaliter: nō tamē est p̄plexus simpliciter: q̄ pōt pec catum dimittere r̄ celebrare. Et silt̄ pōt aliquis cōscientiaz erroneā dimittere: r̄ a peccato abstinere. ¶ Est aut̄ adhuc alia dubitatio. Nō. n. dicit̄ scandalizare q̄ facit opus rectū licet etiā ex eo aliqs sumat māz scādali. Legit̄. n. Mat. i. 5. q̄ pharisei audito verbo x̄pi scādaliq̄ati sunt. sed nō discer nere cibos est opus rectum. ergo nō est dimitteudū p̄pter scādalum eius q̄ puerfam cōscientiā habz errans in fide. Nā fm̄ hoc catholici deberēt abstinere a carnib⁹ r̄ matri: nōio ne inde heretici scādaliq̄arent̄ h̄z erroneā cōscientiā. ¶ Sed dicēdū est q̄ aliquis scādaliq̄are aliū pōt nō soluz faciēdo aliqd malum. sed etiā aliqd faciēdo q̄d habet speciez mali fm̄ illud. i. thes. vltimo. Ab oi spē mali abstinete vos. Dicit̄ tur autē aliquid habere speciē mali dupliciter. p̄mo vi delicet fm̄ opinionez eoz q̄ qui sunt ab ecclesia p̄cisi. Se cundo fm̄ opinionez eoz q̄ ad huc ab ecclesia tolerant̄. In firmi autē in fide estimātes legalia esse obseruāda adhuc tolerabant̄ ab ecclesia ante euāgely diuulgationem. Et iō nō erat comedendū cum eoz scādalo de cibis in lege p̄hi bitis. Heretici autē nō tolerantur ab ecclesia: r̄ ideo de eis nō est similis ratio.

¶ Deide cū dicit̄. (Si enīz p̄pter cibum r̄c.) Manifestat q̄d dixerat. Et p̄mo p̄mū. s. q̄ nō sit ponēdū scādalu fratrib⁹. Secūdo secūdu r̄ tertiu: quō. s. sit aliquid cōe ibi. (Dia q̄ dem mūda sunt r̄c.) Circa p̄mū ponit quatuor rōnes qua rū p̄ma sumitur ex parte charitatis dices. Si enim frater tuus cōristatur de hoc q̄ reputat te peccare p̄pter cibum quē tu comedis: quē ipse reputat imundū: iam nō fm̄ cha ritatem ambulas fm̄ quā aliquis p̄ximuz suū diligit sicut seipsum. Et ita vitat eius cōristationē r̄ nō p̄fert cibum quieti fratris: q̄ vt dicitur. i. corin. i. 3. Charitas nō querit q̄ sua sunt. Secūda rōnem ponit ibi. (Noli cibo tuo r̄c.) Que sumitur ex parte mortis x̄pi. videt̄ enim paz appreciare mortem x̄pi qui p̄ cibo fructum eius euacuare nō re cusat. Unde dicit. Noli cibo tuo quē tu. s. idifferēter come dis nō discernēdo cibos illū perdere idest scādaliq̄are: pro quo idest p̄ cuius salute x̄pus mortuus est. i. p̄. 3. Christ⁹ semel mortuus est iustus p̄ iniustis. Dicit autem illuz per di qui scādaliq̄atur: q̄ scādalum passiuz sine peccato scād aliq̄ati esse nō pōt. Ille enīz scādaliq̄atur qui occasionem sumit ruine. i. corin. 8. Peribit infirmus in tua cōscientiā fra ter: p̄ quo x̄ps mortuus est. Tertiā rationē ponit ibi. (Nō ergo blasphemetur r̄c.) Que sumitur ex donis spiritualis gratie. Et primo ostendit incōueniens q̄d sequitur contra h̄z dona ex eo q̄ alios scādaliq̄amus. Secūdo manifestat q̄d dixerat ibi. (Nō enim r̄c.) Tertio infert conclusionēz intentaz ibi. (Itaqz que pacis sunt sectemur r̄c.) Circa pri mum cōsiderandum est q̄ ex hoc q̄ aliqui idifferēter ci bis vtēbantur in primitina ecclesia cuz scādalo infirmoz hoc incōueniens sequebat̄ q̄ infirmi fidem x̄pi blasphema bant dicentes eam voracitatem ciboz iducere cōtra legis mandatū. Et iō aplūs dicit. ex quo per dñm iesum factū ē

q̄d nihil est cōe. nō ergo bonum nostrum idest fides vt gra tia x̄pi per quā libertatem a cerimonys cōsecuti estis blas phemetur ab infirmis dicētib⁹ eā gule hominum indulgere. Jac. 2. Ipsi blasphemāt nomē bonū q̄d iuocātū ē sup̄ vos. de hoc bono vt in. ps. Mihi adherere deo bonū est.

¶ Deide cū dicit̄. (Nō enīz r̄c.) Manifestat q̄d dixerat. s. i quo bonū nostz cōsistat. r̄ p̄mo ostendit i quo nō cōsistat dices Nō. n. ē regnū dei esca r̄ potus. Regnū autē dei vt hic id p̄ q̄d deus regnat in nobis: r̄ p̄ q̄d ad regnū ipsi p̄uenim⁹. de quo d̄r Mat. 6. Adueniat regnū tuū. Et Mich. 4. Regna bit dñs sup̄ oēs in mōte syon. Deo autē iungimur r̄ subdi mur p̄ iteriore intellectū r̄ affectum vt d̄r Jo. 4. Spiritus ē deus r̄ eos q̄ adorāt eum in spiritu r̄ veritate adorare opz. Et inde ē q̄ regnū dei p̄ncipaliter cōsiderat̄ fm̄ interiora hominis nō fm̄ exteriora. Vñ dicit̄ Luc. 17. Regnū dei in tra vos est. Ea vero q̄ sunt exteriora ad corpus pertinentia in tñ ad regnū dei pertinent iquātum per ea ordinat̄ vel deordinat̄ iterior affectus fm̄ ea in q̄bus p̄ncipaliter cōsi stit regnū dei. Et ideo cum esca r̄ potus ad corpus perti neant ipsa fm̄ se nō pertinent ad regnū dei nisi fm̄ q̄ eis vtimur vel ab eis abstinemus. Unde dicitur. i. cor. 8. Esca aut̄ nos nō cōmedat deo. Neqz enim si non māducauerim⁹ mus deficiemus: neqz si māducauerimus abundabimus. ¶ Pertinet tñ vsus vel abstinentia esca r̄ potus ad regnū dei iquātum affectus hominis circa hoc ordinat̄ vel deordina tur. Unde aug. dicit in libro de questiōibus euāgely. r̄ ha betur hic in glo. Iustificat sapiētia a filys suis q̄ intelligūt nō in abstinēdo nec in māducaō esse iusticiam: sed in eq̄ nimitate tolerandi inopiam r̄ in tēperātia nō se corrupēdi per abūdātia atqz importunitatē sumēdi. Nō enīz interest questio vt in glo. dicit̄ qd alimētōz vel cōtum quis accipi at: dūmodo id faciat p̄ congruētia hominū cum q̄bus viuūt r̄ p̄sone sue r̄ p̄ valitudis sue necessitate: sed quāta facultate r̄ seueritate animi careat his. vel cum opz vel cū necesse ē his carere. Sc̄do ostendit i quo cōsistat bonū nostz q̄d regnū di vocat dices. S̄z regnū dei ē iusticia r̄ paz r̄ gaudiū i spi ritu sancto. Ut iusticia referat̄ ad exteriora opa q̄d homo vnicuiqz reddit q̄d suū ē ad volūtātē h̄z opa faciēdi vt dicit̄ tur Mat. 6. p̄mū querite regnū dei r̄ iusticia eius. Paz au tem referat̄ ad effectus iusticie. Per h̄. n. paz maxie p̄tur batur q̄ vnus hō nō exhibet alteri q̄d ei debz. Vñ d̄r Esa. 32. Opus iusticie paz. Gaudiū autē referēduz ē ad modum quo sunt iusticie opa p̄ficiēda. vt. n. dicit̄ p̄hus in p̄mo et̄bi coz. Nō ē iustus q̄ nō gaudet iusta opatiōe. Vñ r̄ in. ps. d̄r Seruite dño in leticia. Cām autē hui⁹ gaudiū exp̄mit dices In spiritu sancto. Est. n. spiritus sanctus quo charitas dei diffundit̄ in nobis vt d̄r supra. 5. Illud. n. ē gaudiū in spiri tu sancto q̄d charitas parit. puta cū aliqs gaudet de bonis dei r̄ p̄ximoz. Unde. i. cor. 13. d̄r q̄ charitas nō gaudet sup̄ per iniquitate cōgaudet aut̄ veritati. Et gal. 5. d̄r. Fruct⁹ aut̄ spūs ē charitas gaudiū. paz. Dec autē tria q̄ hic tangunt̄ im perfecte q̄dē in hac vita habentur: perfecte autē q̄n sancti possidebunt regnū dei sibi paratum vt dicitur Mat. 2. Ibi erit perfecta iusticia absqz oi peccato. Esa. 6. Populus tuus oēs iusti. Ibi erit paz absqz oi perturbatione timoris Esa. 32. Sedebit populus meus in pulchritudine pacis in tabernaculis fiducie. Ibi erit gaudiū. Esa. 35. Gaudiū r̄ leticiam obtinebunt r̄ fugiet dolo: r̄ gemitus. Tertio probat q̄d dixerat. s. q̄ in his regnū dei consistit. Ille enī hō videtur ad regnū dei pertinere qui placet deo r̄ a sanctis hominibus approbatur. sed hoc illi cōtingit in quo inueni tur iusticia paz r̄ gaudiū. q̄ i his ē regnū dei. Dic̄ ḡ. d̄cū ē q̄ regnū dei ē iusticia paz r̄ gaudiū in spū sc̄to. Qui ḡ in h̄ seruit christo qui est rex huius regni fm̄ illud Col. 1. Trās tulit nos in regnū filij dilectionis sue vt. s. viuat in iusti

Charitatis  
L'ortis x̄pi  
Ore spiritualis  
Papatia diuini opis  
scādalu sibi nō est ponēdū rōne

via pace et spirituali gaudio placet deo qui est huius regni actor. Sap. 4. Placēs deo factus dilectus. Et pbatus est hominib⁹ idest ab eis approbat⁹ q sunt hui⁹ regni p̄ticipes Ecc. 31. Qui pbatus ē in illo et p̄fectus iuētus est.

Deinde cum dicit. (Itaq; rē.) Infert admonitionē iten tam dicens. Ex quo regnū dei p̄sistit in iusticia pace: et spiri tuali gaudio itaq; vt ad regnū dei p̄tinere possimus secte mur ea que pacis sunt. i. ea studeamus adimplere per que xpianoꝝ pacem p̄seruē. Heb. 12. Pacem sequimini et san ctimoniam rē. Custodiam⁹ iuicem ea q sunt edificationis idest ea p que iuicē nos edificemus idest bonū p̄seruē et in meli⁹ puocemur. i. cor. 4. Ad edificationē ecclesie q̄ri te vt abūdetis. Qd̄ qd̄ fiet si i iusticia et spūali gaudio vixē rimus. (Quartā rōnem ponit ibi. (Noli p̄pter escā rē.) Que sumit ex reuerētia diuinorū opēz q̄b⁹ reuerētie de bēmus vt ea que deus operat nō debeamus destruere pp aliq̄d cōmodū corporale. Et hoc ē qd̄ dicit. Noli pp escā q ad corpis vtilitatem p̄tinet destruere opus dei. Qd̄ qdem nō itelligit de quocūq; dei opere. Nā oīa q in cibū homis veniūt dei opera sunt sicut terre nascētia et aialuz carnes q sunt hoibus in cibuz a deo p̄cessa vt p̄z. gen. p̄mo 2. 9. Sz itelligitur de opere gratie qd̄ in nobis ipse spūaliter operat. p̄bif. 2. deus. n. ē q operat in nobis velle et p̄ficere p bona voluntate. Hoc igit opus dei nō debem⁹ in p̄ximo destruere pp escā nostra: sicut facere videbant illi q turbatione et scandalo p̄ximoꝝ indifferētib⁹ vtebantur.

Lectio.

III.

**M**unda quidem munda sunt sed malū est homini qui per offendiculum mā ducat. Bonum est nō māducare car nem et nō bibere vinum: neq; in quo frater tuus offenditur aut scandaliza tur aut infirmatur. Tu fidem quam habes pe nes temetipsum habe coram deo. Beatus qui nō iudicat semetipsum in eo qd̄ probat. qui aut̄ discernit: si māducaverit damnatus est: qz non ex fide. omne autē qd̄ nō est ex fide peccatū est.

Postq; apostolus posuit rōnez ad ostēdendū q nō debe mus cum scādalo p̄ximoꝝ idifferēter sumere oīa: hic ostē dit qualiter aliqui cibi possunt esse mūdi et imūdi. et circa hoc duo facit. Primo pponit q sunt munda ex sua natura dicēs. Oīa qd̄ q. s. ad escam hoīs pertinere possunt mūda sunt. s. ex sui natura qz ex sui nā nō habēt q aiām hoīs ing nent s̄m illud Mat. 15. Nō. n. oē qd̄ irat in os coingnat ho minem. i. thi. 4. Omnis creatura dei bona. Dicebant autē in lege quedā imūda nō natura sed significatione vt patet leuit. 11. Sed et hāc imūditatem xp̄us remouit implēdo ve teris legis figuras. Unde dictuz est petro act. 10. Qd̄ deus purificauit tu ne cōe dixeris. idest imūdum. Secūdo ibi. (Sed malum est homini rē.) Ostēdit qualiter aliquis ci bus homini possit fieri imūdus vt. s. ex eius esu s̄m aiām iquinet. qd̄ quidem ostendit fieri dupliciter. Primo ex eo q aliquis cibum quēcūq; cum scādalo p̄ximoꝝ māducatur Secūdo ex eo q cōtra p̄scientiā māducatur ibi. (Beatus q nō iudicat rē.) Circa p̄mum tria facit. Primo ostendit qd̄ circa esum ciborū sit malum dicēs. Licet oīa ex sui natura sint mūda: sed tñ malum est homini q māducatur quēcūq; cibum p offendiculū. idest cum cōfusiōe et scādalo p̄ximo rū Mat. 19. Ne homini illi per quē scādalum venit. Secū do ostēdit quid circa hō vsum ciborū sit bonum dicēs. Bo num est nō māducare carnem et nō bibere vinum. quozuz p̄mū precipuz esse videtur iter cibos. 2. iter potus. Et

ab his quidem abstinere ponit bonū esse. vel p̄pter carnis cōcupiscētia edomādā s̄m illud eph. 5. Nolite inebriari vino in quo est luxuria: Vel etiā vt homo reddat abiliōz ad spiritualia cōtemplāda s̄m illud Ecc. 2. Logitavi a vino abstrahere carnem meam vt animū meū trāsferrē ad sapi entiam. Sed hoc nō itendit hic aplūs dicere: sed q bonus est his nō vt cum scādalo p̄ximoꝝ. qd̄ qdem apparet ex hoc qd̄ subdit. Neq; in quo frater tuus offendit rē. Quasi dicat. Nō solum dico de vino et carnibus q bonum est eis nō vt: sed quocūq; alio cibo frater tuus offendit. idest tur batur cōtra te quasi illicite agentē per qd̄ pax eius pertur batur aut scādalicatur: idest ad casum peccati puocat pp qd̄ leditur eius iusticia aut ifirmat. i. saltem in dubitatio nem venit vtrū hoc qd̄ agit sit licituz p qd̄ eius spirituale gaudiū diminuit. Unde et ipse aplūs dicit. i. cor. 8. Si escā scādalicat fratrē meū nō māducabo carnē i eternū ne fra trem meū scādalicē. Sz cū licitū sit his cibis vt si ē ab his abstinēdū pp hō q vites scādalu p̄ximoꝝ vt pari rōne q ab oib⁹ licitis q nō sunt necessaria ad salutē sicut sunt ne cessaria iusticia pax et spirituale gaudiū sit pp p̄ximoꝝ scā dalum abstinēdū. Et ita vt q homini nō liceat sua repete re cū scādalo p̄ximi. Sz dicēdū ē q si scādalu ex ifirmita te vel ex ignorātia pueniat eoz q pp hō scādalicat ad vitā dum hoc scādalu debet hō a licitis abstinere si nō sunt ne cessaria ad salutem. Hoc. n. est scādalu pusilloꝝ qd̄ dñs vi tari iubet Mat. 18. Videte ne cōdemnetis vnū ex his pu fillis. Si vero hō scādalu ex malicia pueniat eoz q scāda licantur tale scādalu est quasi phariseoz: qd̄ dñs Mat. 15. docuit esse p̄tēdū. Unde ad vitādū hō scādalu nō opz a licitis abstinere. Sed tñ circa scādalu pusilloꝝ attēden dum est q pp illud vitādū tenet hō vsum licitorū differre quousq; reddita rōne hoc scādalu amoueri possit. Si vero rōne reddita adhuc scādalu maneat: iam nō vt ex ignorā tia vel ex ifirmitate pcedere: sed ex malitia: et sic iā p̄tine bit ad scādalu phariseoz. Tertio excludit quādā excusa tionem. Possit. n. aliquis dicere. Licet p̄ximus scādalicē tur de hoc q idifferēter ego cibis vtor tñ ad ostēsiōne mee fidei p quā certū est hoc mihi licere volo idifferēter cibis vt. Sed hāc respōsiōne excludēs aplūs dicit. Tu q. s. idiffe reter cibis vteris fidem habes rectā apud temetipsum p quā cōstat licituz esse his cibis vt. Bona qd̄ et laudabilis est fides ista. s. habe eā in occulto corā deo cui talis fides placet. Ecc. 1. Beneplacitū ē deo fides et māsuētudo. Quā si dicat. Nō opz q fidē istā manifestes p operis executio nez vbi hō sit cū scādalo p̄ximoꝝ. Sz vt esse qd̄ dī supra .io. Corde credit ad iusticiā ore aut cōfessio fit ad salutem. Nō q videt q sufficiat corde solū corā deo fidem habere sed opz hō fidem p̄ximo manifestare cōfiteō. Dicēdūz ē aut q eoz que sunt fidei qdam sunt q nō sunt p̄fecte p ec clesiam manifestata sicut in p̄mitina ecclesia nōdū erat p̄fecte declaratum apud homines q illi q erāt ex iudeis cō uersi nō tenerent legalia obseruare. et sicut tēpore aug. nō dum erat p̄ ecclesiam declaratū q aiā nō esset ex traduce Unde in hō sufficit homini q fidem habeat corā deo. nec opz q fidem suam p̄palet cum scādalo p̄ximoꝝ nisi forte apud eos qui habent de fide determinare. Quedam vero sunt ad fidem pertinētiaper ecclesiam determinata. et i ta libus nō sufficit fidem habere coram deo. sed opz q corāz p̄ximo fidem quis cōfiteat q̄tūcūq; ex hoc aliquis. scāda licetur. qz veritas doctrine nō est dimittēda p̄pter scāda lum. sicut nec x̄ps veritatem sue doctrine p̄pter scādalu phariseoz dimisit. vt habetur Mat. 15. Sciendum etiam q licet circa talia oporteat q homo fidem suā manifestet confessione verborū: non tamen opz q eam manifestet executione operis: sicut si aliquis tenet fidē vti matrimo

## Ad romanos

nio esse licitum nõ requiritur ab eo q̄ matrimonio vtatur ad fidei sue manifestatione. Et sic etiã nõ regrebat̄ ab eis q̄ rectã fidẽ habebãt q̄ fidẽ suã vsu ciboz̄ manifestarent. Poterãt. n. manifestare verboten? p̄fitedo.

**¶** Deinde cum dicit. (Beatus q̄ nõ iudicat r̄c.) Ostendit quomodo ciboz̄ vsus efficitur aliquibus imudus ex eo q̄ est cõtra cõscientiam. Et circa hoc tria facit. Primo ostendit quid circa hoc sit bonum. vt. s. de eo q̄d homo facit non habeat cõscientiam remordentem. Unde dicit. Beatus q̄ nõ iudicat semetipsum. idest cuius conscientia eum nõ reprehendit vel condemnat in eo q̄d probat. idest approbat esse faciendum. Sed hoc est intelligẽdum si recta fide approbet esse aliquid faciendum. Si autẽ falsa opinione approbat aliquid esse faciendum. puta si arbitratur obsequium se prestare deo de eo q̄ discipulos christi interficit. vt dicitur Jobã. i. 6. Non excusatur ex eo q̄ circa hoc non iudicat semetipsum. imo beatior esset si circa hoc eum conscientia reprehenderet. in quantum per hoc a peccato magis phiberetur. Sed in his que sunt licita est intelligẽdum q̄ hic apostolus dicit. Hoc enim ad gloriã hominis pertinet q̄ eum sua cõscientia nõ reprehendat. z. cori. i. Gloria nostra hec est testimonium cõscientie nostre. Job. z. 7. Neq̄ eniz reprehendit me cor meũ in omni vita mea. **¶** Secundo ostendit quid circa hoc sit malum. vt. s. contra conscientia agat. Unde dicit. (Qui autẽ discernit.) idest q̄ habet opinionem falsam q̄ oportuit cibos discernere. si manducauerit. s. cibos. quos reputat eẽ illicitos. damnatus est ex hoc q̄ quantum in ipso est habet voluntatem faciendi q̄d est illicitum. z. sic delinquit p̄prio iudicio cõdemnatus vt dicitur Titum. 3. **¶** Tertio assignat causam eius q̄ dixerat dicens. (Quia nõ ex fide.) Ideo. s. dẽnatus est. Potest autem hic fides dupliciter accipi. Uno modo de fide que est virtus. Alio modo fm̄ q̄ fides dicitur conscientia. Et he due acceptiones nõ differunt nisi fm̄ differentiam particularis z. vniuersalis. Id enim q̄d vniuersaliter fide tenemus. puta vsum cibozum esse licitum vel illicitum. cõscientia applicat ad opus q̄d est factum vel faciendum. Dicitur ergo. Ideo eum qui manducat z. discernit esse condẽnatum. qz hec nõ est ex fide imo est contra fidem. idest cõtra veritatem fidei z. cõtra cõscientiam facientis. Heb. ii. Sine fide impossibile est placere deo. Et q̄ hec sit sufficiens causa cõdemnationis. ostendit subdẽs. Qd aut q̄d nõ est ex fide peccatũ est. Ex quo videt̄ q̄ sicut d̄r in glo. ois vita ifideliũ peccatũ sit. sicut ois vita fidelium eẽ meritoria iquãtuz ad dei gliaz ordinãt̄. s. illud. i. cori. io. Siue mãducatis siue bibitis siue aliqd aliud facitis. oia in glia dei facite. S. dicẽdum eẽ q̄ aliter se habet fidelis ad bonuz z. ifidelis ad malum. Nam in hoie qui habet fidẽ formatã nihil eẽ damnationis vt supra. s. dicitur eẽ. Sed in hoie ifideli cum ifidelitate est bonũ nature. Et ideo cũ aliqs ifidelis ex dictamine rationis aliqd bonũ facit nõ referendo ad malũ finẽ nõ peccat. Nõ tñ opus eius est meritorium. qz nõ est gratia informatum. z. hoc est q̄d in glo. dicitur. Nihil bonum est sine sumo bono idest nullũ bonũ meritorium est sine gratia dei. z. vbi deest agnitio vite eterne z. icõmutabilis veritatis. que. s. est per fidem. falsa virtus est in optimis moribus inquantũ. s. nõ refertur ad fidem beatitudinis eterne. Cũ vò hõ ifidelis aliqd agit ex eo q̄ ifidelis eẽ manifestũ eẽ q̄ peccat. Unde in glo. d̄r. Opus omne q̄d nõ est ex fide peccatũ est. sic est intelligẽdũ. Omne q̄d est cõtra fidem vel contra cõscientia peccatũ est. z. si ex genere sup bonũ eẽ videatur. puta si paganus ad honorem suoz̄ deoz̄ virginitatem seruet vl' elemofynã det. hoc ipso peccat. Tit. i. Loingnatis z. infidelibus nihil mundũ est. sed inquinatẽ sunt eozum z. mens z. cõscientia.

CAP. XV.



**D**ebemus autem nos firmiores imbecillitates infirmozum sustinere. z. nõ nobis placere. Unusquisq̄ vřz primo suo placeat in bonũ. ad edificationez. Etenim x̄ps nõ sibi placuit. sed sicut scriptum est. Impro-

peria improperatium tibi ceciderit super me. Quicq̄ eniz scripta sunt ad nostrã doctrinã scripta sunt. vt per patientiam z. consolationez scripturarũ spez habeamus. Deus autẽ patientie z. solatiũ det vobis idipsuz sapere i alteruz fm̄ iesum christuz. vt vnanimẽs vno ore honorificetis deuz z. patrem domini nostri iesu x̄pi. Propter q̄d suscipite inuicem sicut z. christus suscepit vos in honorem dei. Bico enim christum iesum ministrũ fuisse circũcisionis p̄pter veritatem dei ad confirmandas p̄missiones patrum. gentes autẽ super misericordia bonoz̄ re deum sicut scriptum est. Propterea confitebor tibi in gentibus domine. z. nomini tuo cantabo. Et iterum dicit. Letamini gentes cuz plebe eius. Et iterum. Laudate oes gentes dominum. z. magnificate eũ omnes populi. Et rursum esaias ait. Et erit radix iesse z. qui exurget regere gentes. in euz gentes sperabunt. Deus autem spei repleat vos oĩ gaudio z. pace in credẽdo vt abundetis in spe z. vřtute spiritus sancti.

**¶** Supra aplus docuit q̄ maiores debet scãdala ifirmozum vitare. h̄ docet q̄ maiores debet eẽ ifirmitates minozum sustinere. Et circa h̄ duo facit. Primo p̄ponit admonitionẽ scõdo manifestat eã ibi. (Unusq̄q̄ nřz r̄c.) Ista admonitio duo p̄tinet. quoz̄ p̄mũ p̄tinet ad exteriorẽ actũ. Unũ dicit. Nõ solũ debem̄ scãdala ifirmozum vitare. s. etiã nos q̄ sum̄ firmiores i fide debem̄ sustinere imbecillitatẽ ifirmozum. Sicut. n. in mali edificio eligim̄ aliq̄ firmiora ad sustinẽdũ totũ edificij p̄dus. q̄d ex fragiliori mã supponit. sic sunt fundamẽta z. colũne. ita eẽ in spũali eccl'ie edificio nõ solũ eligim̄. s. effulcim̄ aliq̄ firmiores vt sustineãt p̄dus alioz. Unũ in. ps. d̄r. Ego z. firmamũ colũnas ei. Et gal. 6. Alter alteri onera portate. Sustinet autẽ firmiores imbecillitates ifirmozum dũ eoz̄ defectu patienter ferũt z. p̄ posse subleuare nitunt̄. Scõdũ aut p̄tinet ad interiorẽ itationẽ. Unũ d̄r. Et nõ debem̄ nobis placere. ita. s. vt semp illud velim̄ imple ri q̄d nobis placet z. que sunt nobis vřtilia. i. cori. io. Sicut z. ego per omnia omnibus placeo.

**¶** Deinde cũ dicit. (Unusq̄q̄ vřm r̄c.) Manifestat p̄positã admonitionẽ z. p̄mo q̄tũ ad scõdã p̄tẽ. Scõdo q̄tũ ad p̄mã ibi. (Propter q̄d suscipite inuicẽz r̄c.) Circa p̄mũ duo facit. p̄rio exponit q̄d dixerat. Scõdo r̄onẽ iducit ibi. (Etenim x̄ps nõ sibi r̄c.) Dicit q̄ p̄mo. Ita dictũ eẽ q̄ nos nõ debem̄ nobis placere. Et h̄ qd eẽ qz vnusq̄q̄ nostruz q̄ sum̄ firmiores d̄z placere p̄rio suo ifirmo. i. cõdescẽdere ei in his q̄ ei placet. nõ tñ in his q̄ mala sunt. sicut Esa. 3. qdã regrũt. Loquimini nobis placetia r̄c. Et iõ subdit. In bonũ. Silt̄ etiã nõ debem̄ itẽdere vt hoib̄ placeam̄ p̄p humanũ fauorez vel gliaz. cũ i. ps. dicat̄. De dissipauit ossa eoz̄ q̄ hoib̄ placet. S. ad honorez dei z. vřtilitatẽ p̄rio. Unũ subdit. Ad edificationẽ. i. p̄p h̄ q̄ alioz volũtati d̄descẽdẽtes ipsi edi-

ascendunt in fide et dilectione christi supra. i. 4. Que edificatio-  
nis sunt iuicem custodiamus.

**C** Deinde cum dicit. (Etenim christus etc.) Assignat rationem eius quod  
dixerat exemplo christi. Et primo proponit exemplum christi. Secundo ostendit  
eius exemplum esse nobis imitandum ibi. (Quocumque scripta  
sunt etc.) Tertio subiungit orationem ut id implere possimus  
ibi (Deus autem pacis etc.) Circa primum duo facit. Primo propo-  
nit exemplum dicens. Dicitur quod non debemus nobis placere. scilicet secundum  
nostram prout voluntatem. Etenim christus quod est caput nostrum non sibi  
placuit dum elegit pati pro nostra salute et ea que sue proprie volun-  
tati erant contraria. scilicet naturali voluntati humane ut impletur diui-  
na que sibi et patri erat communis secundum illud Mat. 26. Non mea volun-  
tas sed tua fiat. Secundo ad hoc auctoritate inducit di-  
cens. (Sicut scriptum est in psalmo.) Ex persona christi dicentis ad patrem  
O pater in propria iudeorum in propria tibi. id est blasphemam  
tium pro sua mala opera. et pro hoc quod veritati tue doctrine contradic-  
cunt ceciderunt super me: quod videlicet opprimere me voluerunt  
quod voluntatem tuam eis proponere et eorum mala opera redarguerent  
Jo. 15. Sed oderunt me et patrem meum. potest et referri ad pec-  
cata totius humani generis: quod omnia peccata quodammodo sunt inpro-  
peria dei iniquitatum per alia lex dei stemnit. Esa. 1. Dereliquerunt  
dominum blasphemauerunt sanctum israel. Sic ergo in propria inpro-  
prietatum deo ceciderunt super christum in quantum ipse pro peccatis omnium  
mortuus est Esa. 53. Deus posuit in eo iniquitatem omnium nostrorum. id est pe-  
ccata nostra pertulit in corpore suo super lignum.

**C** Deinde cum dicit. (Quocumque n. scripta sunt etc.) Ostendit quod  
exemplum christi sit nobis imitandum dicens. Quocumque n. scripta sunt  
in sacra scriptura: vel de christo vel de membris eius scripta sunt ad  
nostram doctrinam. Nulla enim necessitas fuit hoc scribere nisi  
si pro nos ut ex his instruamur. z. thi. 3. Omnis doctrina diuini-  
tus inspirata utilis est ad docendum et erudiendum etc. Quid autem in scri-  
pturis ad nostram doctrinam pertinet ostendit subdicens. Ut pro patien-  
tia et consolatione scripturarum. id est quas scripture continent. Continetur  
tur. n. in sacra scriptura patientia sanctorum in malis sustinen-  
dis. Jac. ultimo. Patientiam iob audistis. Continetur et in eis con-  
solatio quam deus eis exhibuit secundum illud ps. Scio multitudi-  
nem dolorem meorum in corde meo consolationes tue letificauerunt  
animam meam. Et. i. de. i. d. Prænuccias eas que in christo sunt passio-  
nes. quod pertinet ad patientiam: et posteriores gratias quod pertinet ad  
consolationem. Quæ autem fructus ex hac doctrina suscipiamus ostendit  
subdicens. Spes habeamus. Per B. n. quod ex sacra scriptura  
instruimur eos qui patienter pro deum tribulationes sustinuerunt di-  
uinitus consolatos fuisse spiritus accepimus ut et ipsi consolamur si in ipsis  
fuerimus patientes. Job. 13. Et si occiderit me in ipso spatio.

**C** Deinde cum dicit. (Deus autem patientie etc.) Quia videbat ni-  
mis arduum ut purus homo possit exemplum christi imitari secundum illud  
Eccl. 7. Quid est homo ut se possit regem factorum suorum. id est adhibet  
orionis suffragium dicens. (Deus autem patientie.) scilicet dator. ps. Tu  
es patientia mea. (Et solatio.) id est spiritualis consolatione largitur.  
z. cor. i. Pater misericordiarum et deus totius consolationis deo vo-  
bis: a quo est omne datum optimum ut dicitur Jac. i. id ipsum sapere in al-  
terum. id est ut iuicem idem sapiatis etc. z. cor. ultimo. Idem sapite. pa-  
cem habete. Non quod secundum sensum in peccatis: sed secundum iesum christum  
de quo dicitur eph. 2. Ipse est pax nostra qui fecit utraqz vnus. Ut pro  
B. n. idem sapitis vnanimiter exites pro fidei et charitatis consen-  
sum secundum illud ps. secundum aliam litteram. Qui habitare faciunt vnanimiter  
in domo. Vno ore. id est vna oratione confessione que ex vnitate fidei pro-  
cedit. i. cor. i. Id ipsum dicatis omnes. ut pro vnitate cordis  
et orationis honorificetis deum omnium creatorem. id ipsum est existetem  
prez omni nisi iesu christo pro quem nos sibi in filios adoptauit. i. reg.  
z. Qui honorificauerit me honorificabo eum. Mat. i. Si  
ego pater vbi est honor meus.

**C** Deinde cum dicit. (Propter quod suscipite iuicem) manifestat  
primam partem admonitionis. In qua dixerat quod firmiores debent  
inbecillitate infirmorum sustinere. Et circa hoc duo facit. Primo

resumit admonitionem. Secundo inducit rationes exemplo christi ibi.  
(Sicut et christus etc.) 3. subiungit orationem ibi. (Deus autem spei etc.)  
Dicit ergo primo. pro quod. id est quod ea que scripta sunt ad nostram doctrinam  
ordinantur. scilicet exempla christi et aliorum sanctorum. consequenter suscipite  
iuicem secundum charitatis affectum: ut. scilicet vnus sustineat ea que sunt  
alteri: sicut et vult se sustineri quantum charitas permittit. et vnus  
alium etiam suscipiat ad iuuandum et promouendum supra. i. 4. In-  
firmum in fide suscipite.

**C** Deinde cum dicit. (Sicut christus suscepit vos etc.) Assignat ra-  
tiones exemplo christi. et primo ponit eius exemplum dicens. Sicut et christus  
suscepit vos. scilicet in sua protectione et cura. Esa. 42. Ecce serui me-  
us suscipiam eum. Luc. i. Suscepit israel puerum suum recorda-  
tus est misericordie sue. Et hoc in honore dei in quem omnia refe-  
rebat. Jo. 8. Non dico pater meum et vos inhonorastis me.  
Ex quo datur intelligi quod et nos iuicem debemus suscipere in his  
que pertinent ad honorem dei. Secundo ibi. (Dico enim christus etc.) Ma-  
nifestat quod dixerat. et primo quod quantum ad iudeos. Secundo quantum  
ad gentes ibi. (Hæretes autem etc.) Dicit ergo primo. dicitur quod christus  
vos suscepit quod estis aggregati in vnitate fidei ex iudeis et ge-  
tilibus. Et hoc pro quantum ad utrosque. Dico ergo christus minister fuit  
se circūcisiois. Est enim ipse actor fidei quantum ad omnes secundum illud  
Deb. 12. Aspicientes in actorem fidei etc. Sed in propria persona  
non exhibuit seipsum nisi iudeis secundum illud Mat. 15. Non sus-  
cipietur vox eius foris. Et hoc quod pro veritate dei. ut. scilicet veritas dei  
permittetis probaret supra. 3. Est autem deus verax. Vn sub-  
dit. Ad confirmandas promissiones patrum. id est ut pro impleantur pro-  
missiones patrum facte. Luc. i. Exerit cornu salutis nobis in  
domo dauid pueri sui. Sic locutus est pro sanctorum. z. cor. i.  
Quotquot sunt promissiones dei in illo est.

**C** Deinde cum dicit. (Gentes autem etc.) Ostendit et gentes sus-  
ceptas a christo. Et primo proponit quod ostendit. Secundo confirmat  
per auctoritatem ibi. (Sicut scriptum est etc.) Dicit ergo Ita  
dicitur est quod christus suscepit iudeos pro veritate dei ut promissio-  
nes patrum impleantur. gentibus autem non erant promissiones facte.  
Vn hoc non habet locum quantum ad gentes: sed sunt pro miseris  
cordibus suscepti. Et hoc est quod dicit. Gentes autem debent hono-  
rare deum super misericordia eis exhibita pro christo: quod licet eis pro-  
naliter non predicauerit: ad eos tamen discipulos suos misit: qui in  
gentibus ministerium exercuerunt. sicut ipse exercuerat in iude-  
is: secundum illud Mat. ultimo. Euntes docete omnes gentes. Et de  
hac misericordia dei in psalmo. Misericordia domini plena est ter-  
ra. Luc. i. Misericordia eius a progenie in progenies timentibus  
eum etc. Sic ergo apostolus conuersionem iudeorum attribuit ver-  
ritati diuine. conuersionem gentium diuine misericordie. Contra  
tra quod videtur esse quod dicitur in psalmo. Vniuersæ viæ domini misericor-  
dia et veritas. Sed dicendum est quod pro hoc quod ascribit vocationem  
iudeorum diuine veritati non excludit misericordiam: quod et apostolus  
ex iudeis natus dicit. i. thi. i. Misericordiam consecutus sum  
Et hoc ipsum misericordie fuit quod deus patrum promissiones  
facit de posterorum salute. Sicut et pro hoc quod vocationem gentium  
ascribit diuine misericordie non excludit totaliter diuinam  
veritatem: quod hoc ipsum ad diuinam veritatem pertinebat quod proposi-  
tus suus de saluatione gentium impleuit quod ad eph. 3. dicit apostolus  
esse sacramentum absconditum a seculis in deo. Sed alius mo-  
dus veritatis. scilicet pro impletionem promissionum considerat in vocatione  
iudeorum: quod non considerat in vocatione gentium quibus promissio-  
nes non sunt facte.

**C** Deinde cum dicit. (Sicut scriptum est etc.) Confirmat quod  
dixerat de conuersione gentium pro auctoritate. Licet enim genti-  
bus non fuerit repromissa vocatio ad fidem christi: non tamen ex im-  
proviso accidit: sed fuit pronuciata vaticinijs prophetarum. In-  
ducit autem quatuor auctoritates: quarum prima continet gratia ac-  
tiones christi ad patrem pro conuersione gentium per ipsum factam.  
Unde dicit. Sicut scriptum est in psalmo. ex persona christi. i. 7. Lo-

## Ad romanos

stitues me in caput gentium et ab insurgentibus in me iudeis exalta bis me. Deo pro ego christus confitebor tibi confessione gratia actionis in gentibus. id est per gentium conversionem per me facta et cantabo noua quodam metis exultatione nomini tuo quod eis manifestum est secundum illud Job. 17. Manifestatum nomini tuo quod eis manifestum est secundum illud. Ut aliter. Confitebor tibi in gentibus. id est faciam quod tibi gentes confiteantur confessione fidei. ps. Confiteantur tibi populi deo confiteantur tibi populi omnes. Et nomini tuo cantabo. id est faciam quod gentes cantent tibi canticum quod consistit in exultatione spiritus renouati. ps. Cantate domino canticum nouum. Cantate domino omnis terra. Secunda auctoritas continet adunationem gentium et iudeorum. Unde subdit. Et iterum dicit scriptura. Esa. 35. Letamini gentes cum plebe eius. id est sicut comem exultationem assumatis cum iudeis quod olim erant plebs eius. Esa. 9. Letabuntur coram te sicut qui letantur in messe. Io. 10. Sicut unus ouis et unus pastor. Nostra autem littera habet. Letamini cum hierusalē et exultate in ea omnes qui diligitis eam. Tertia auctoritas continet deuotionem gentium ad deum. Unde subdit. Et iterum scriptum est in ps. Laudate omnes gentes dominum. id est eius bonitatem confitentes. ps. A solis ortu usque ad occasum laudabile nomen domini. Et omnes populi non solum populus iudeorum magnificate eum id est credite magnis: id est quod sua magnitudine omnem laudem excedat. Ecc. 43. Benedicentes dominum exaltate illum quantum potestis. maior est enim omni laude. Mal. 1. Ab ortu solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus. Quarta auctoritas continet reuerentiam gentium ad christum. Unde subdit. Et rursus Esaias ait. ii. Erit radix yesse. In quo prænunciat christi originem ex dauid femine nasciturum. Yesse namque fuit pater dauid. Dicit ergo. Erit radix yesse ex cuius pullulatione christus nasceretur. Esa. 11. Egredietur virga de radice yesse et flos rami. Uel christus erit radix yesse: quia licet ex yesse processerit flos carnis originem tamen suauitate yesse sustinuit et gratia eius influxit supra. ii. Non tu radicem portas: sed radicem te.

**C** Deinde tangit christi officium subdens. (Et qui exurget) in tantam gratie excellentiam. ut possit regere gentes eos diuino cultui subiugando: quod nullus ante eum facere potuit. ps. Dabo tibi gentes hereditatem tuam. Reges eos in virga ferrea. Ultimo ponit deuotionem gentium ad christum dicens. (In eum gentes sperabunt.) ut scilicet per eum hereditatem celestis glorie consequantur. i. pe. i. Regenerauit nos in spes uas per resurrectionem iesu christi ex mortuis.

**C** Deinde cum dicit. (Deus autem spei rami.) subiungit orationem dicens: dictum est quod in christum gentes sperabunt. Deus autem spei id est qui nobis hanc spem infundit sicut illud. ps. Spes mea domine. Uel deus spei. id est in quo sperandus est repleat vos omni gaudio. id est spirituali quod est de deo. Nec. 8. Haudium. n. domini est fortitudo uestra per quam homo in seipso et ad deum et ad primum est pacatus. ps. Pax multa diligetibus legem tuam domine. (In credendo.) Quasi dicat. Ut cum habetis creditis et pacem et gaudium habeatis. quod quidem sunt charitatis effectus. secundum illud gal. 5. Fructus autem spiritus sunt charitas gaudium pax. Unde patet quod a deo quod est dator spei operatur eis ut cum fide habeant charitatem per quam fides operatur. ut gal. 5. Ne fides eorum sit in forma et mortua. quia fides sine operibus mortua est. ut dicitur Jac. 2. Et ut sic plenitudinem hanc virtutum abundetis. proficiendo de bono in melius. non solum in spe sed etiam in uirtute spiritus sancti id est in charitate que in cordibus nostris diffunditur per spiritum sanctum. ut supra. 5. dictum est. z. cor. 9. potes est autem dominus omnem gratiam abundare facere in uobis.

**Lectio.**



**C**ertus sum autem fratres mei et ego ipse de uobis: quoniam et ipsi pleni estis dilectione repleti omni scientia ita ut possitis alterutrum monere auda-

cius autem scripsi uobis fratres ex parte. tanquam in memoria uos reducens propter gratiam que data est mihi a deo ut sim minister christi iesu in gentibus sanctificans euangelium dei: ut fiat oblatio gentium accepta et sanctificata in spiritu sancto. Habeo igitur gloriam in christo iesu ad deum. Non enim audeo aliquid loqui eorum que per me non efficit christus in obedientiam gentium in uerbo et factis in uirtute signorum et prodigiorum in uirtute spiritus sancti. ita ut ab hierusalē per circuitum usque ad illiricum repleuerim euangelium christi. Sic autem predicauit euangelium hoc. non ubi nominatus est christus ne super alienorum fundamentum edificarem. sed sicut scriptum est. Quoniam quibus non est annunciatus de eo uidebunt: et qui non audierunt de eo intelligent.

**C** Postquam apostolus generalibus ammonitionibus romanos instruxerat: hic incipit eis quedam familiaria scribere. Et primo quedam pertinentia ad seipsum. Secundo quedam pertinentia ad alios. i. ca. ibi. (Comedo autem uobis pheben rami.) Circa primum tria facit. Primo excusat presumptionem de se quod eos instruxerat et reprehenderat. Secundo excusat suam tarditatem circa uisitationem eorum ibi. (Propter quod plurimum impediebar.) Tertio petit suffragia orationum ipsorum ibi. (Obsecro autem uos fratres rami.) Et circa primum duo facit. Primo excludit oppositam causam instruendi et arguendi eos. Secundo assignat ueram causam ibi. (Audacius enim scripsi rami.) Circa primum considerandum est quod aliquis posset credere apostolum ideo scripsisse romanis quod estimaret nullum esse apud romanos quod posset instruere et corrigere. Sed hoc ipse excludit dicens. Tertius sum. n. fratres mei per ea que de uobis audiui quoniam idonei estis ad admonendum qui iter uos admonitione indigent. Ad hoc autem ut aliquis recte admoneatur duo requirunt: quorum primum est ut non ex odio uel ira: sed ex dilectione monetur: sicut illud. ps. Corripiet me iustus in misericordia. Et gal. 6. Uos qui spirituales estis instruite habet in spiritu lenitatis. Et quantum ad hoc dicitur. quoniam et ipsi pleni estis dilectione. Ege. 10. Imple manum tuam prunis ignis que sunt iter cherubin quod est ignis charitatis. Secundo requiritur scientia ueritatis eo quod quidam habent celum dei in corrigendo: sed non secundum scientiam. ut supra. 10. dictum est. Et ideo subdit. Repleti omni scientia. scilicet humana et diuina: et ueteris et noue legis. i. cor. 1. In omnibus diuites facti estis in illo in omni uerbo et in omni scientia. Et ex hoc concludit sic. Ita ut possitis conuenienter propter dilectionem et scientiam alterutrum monere. Quia enim in multis offendimus omnes. ut dicitur Jac. 3. Oportet ut iniuicem moneamus: quod ut dicitur. ecc. 17. Unicum quod mandauit deus de primo suo.

**C** Deinde cum dicit. (Audacius rami.) Assignat ueram causam que eos ammonuerat et correperat. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit quod hoc pertinebat ad auctoritatem apostolatus sibi commissam. Secundo ostendit qualiter hac potestate usus fuerit ibi. (Habeo igitur gloriam rami.) Dicit ergo. Audacius autem id est securius scripsi uobis errores et defectus uos arguendo. quod quidem ad audaciam presumptionem posset ascribi pro hoc quod offensionem uestram non timui. Job. 39. Audacter in occursum pergit armatis. Sed hec presumptio excusat ex tribus. Primo quod ex condicione eorum quod scribebat: quod si iter romanos eent aliquid respectu quorum talis reprehensio audax et presumptuosa uideret. erant tamen et aliquid quod idagebant dura reprehensione propter contentionem insolentiam Titus primo. In.

